16) Johann Wilhelm oder Wilcke 1386, ſtarb ſchon vor ſeiner Inauguration. Ihm folgte als 16. Biſchof Herzog Bogislav VIII von Pommern, von 1386 bis 1392; als aber im letzteren Jahre nach dem Tode Herzogs Wartislaus VII die Landesregierung an ihn fiel, reſignirte er.
17) Nicolaus von Bock, reſignirte 1395 und begab ſich in den Teutſchen Orden.

Digitized by Google

gloriosissimi Ducis *Boguzlaui* ecclesiam extra castellum Stetin pro posse pie in honorem Dei et beati Jacobi apostoli filii Zebedei edificavit. Nos autem hanc bonam ejusdem Beringeri deuocionem brachiis caritatis amplectentes ipsam ecclesiam in habitaculum diuine majestatis per ministerium officii nostri vice domini nostri Jhesu Christi consecrauimus. Idem vero Beringer eandem ecclesiam assensu nostro et optimatum terre nostre pro salute anime sue coram eisdem optimatibus multo populo Theutonicorum et Slauorum coram posito. Deo et beato Michaeli archangelo in Bamberg obtulit. duobus fratribus *de monte* ejusdem sancti Michaelis astantibus. legitimaque donatione sanctissimo Ottoni Episcopo nostre Pomeranice gentis apostolo delegauit eo. quod ipse apostulus noster in ejusdem sancti Michaelis archangeli monasterio nouissimam tumbam receptus glorificatus corpus suum expectat. et quidam non immerito. Idem enim monasterium ipse beatissimus Otto a fundamentis erexit et honestissime multis donis decorauit. Insuper et manu propria vice Christi domini consecrauit ubi et nunc multis miraculis claruit. Huic autem nouelle plantationi respectu diuini honoris et interuentu tocius plebis justicia officii nostri ut in melius eadem ecclesia proficiat baptismum et liberam sepulturam condonauimus. Insuper et ipsa Ducissa et Warcelaus vicedominus terre coram nobis et multo populo dederunt libertatem Beringero ut illam terram que appellatur Clezcow et Gribin quam idem Beringer gratia Ducis beate memorie Boguzlaui absque ullius contradictione possederat cum silua et venatione ipsius terre in dotem ejusdem ecclesie cederet cum agris quos idem Beringerus eadem justicia Stetin possederat. Insuper generaliter concesserunt ut quicunque instinctu diuino terram. aquam. siluam. molendinum. culta

---

18) Magnus, Herzog von Sachſen.
19) Sigfried Bock v. Stolpa.
20) Henning Iven 1446.
21) Ludwig Graf von Eberſtein 1472, reſignirte 1479.
22) Marinus de Fregeno.
23) v. Waldſtein 1492 (Benedictus) wurde entſetzt.
24) Martin Carith ſtarb 1520.
25) Wolfgang Graf zu Naugardten, wurde entſchädigt, und ſtatt ſeiner Erasmus Manteuffel Biſchof. Letzterer bekannte ſich 1536 zur Augsburgſchen Confeſſion. Er ſtarb 1543.

Digitized by Google

et inculta. vel quemlibet suppellectilem. huic ecclesie condonarent omnia absque ulla contradictione rata et inconuulsa permanerent. Preterea etiam notum esse volumus omnibus Cristi fidelibus cum dominus noster Buguzlauus juxta preceptum domini celo reddidit animam. terre vero carnis materiam. nuto diuino statim affuere duo fratres de monte sancti Michaelis Bambergensis missi a patre et fratribus ejusdem monasterii vehentes literas pre manibus supplicantes nobis et principibus terre nostre. Quatenus benedictionem et oblationem cere de thabernis terre nostre diuina inspiratione annuatim donatam ab ipso Boguzlauo voluntarie. assensu domini Conradi episcopi antecessoris nostri et omnium principum terre nostre. ad sepulcrum beati Ottonis patris nostri. intuitu diuino ratam et incontuminatam esse velimus pro salute et remedio animarum nostrarum. Lectis igitur literis coram principibus nostris. equidem post obitum Ducis omnes conuenerant tractare de statu terre. Communicato consilio placuit omnibus hoc tam salubre institutum non debere fieri irritum sed magis processu temporis data sibi diuinitus pace. accipere incrementum. Communiti igitur ab ipsis. presentibus fratribus testamentum confirmationis horum eventuum sigillo nostro ut moris est porreximus. Diuinam clementiam inuocantes ut quicunque temerauerit hoc. nunquam paciatur ire inultus. cujus intuitu et amore omnia sunt peracta et satrape Michaelis eum vindicta sequatur ut uiuens et mortuus extentas manus domini senciat nisi de malo facto resipiscat. Acta sunt hec anno incarnationis domini nostri domini Christi M. C. LXXXVII. Imperante in Romano imperio gloriosissimo Imperatore *Frederico* anno imperii sui XXXV. in nobis autem regnante domino nostre Jhesu Cristo amen. Testes horum sunt Warcelaus vicedominus terre et filius ejus Kazimer. Janick de Timin. Gergnew de Timin. Steffanus et filius ejus Pantin de Ukera. Zuzlyzla de Brenszla. Pribiszla de Podiswolk. Parso de Colberck. Unim de Camin. Gozizslaus de Zedin. *Hinricus Dobsladezlai* *) prefectus de Uznem et *frater ejus.*

(Dreger Cod. Pomer. dipplom. T. I.)

---

*) D. i. Heinrich, des Dubſchlaff Sohn.

Digitized by Google

Dreizehntes Jahrhundert.

No. 1.

Anno 1219.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Rom. Rex et semper Augustus et Rex Siciliae. Cum ex debito Regiae eminentiae omnium Imperij fidelium jura piè debeamus et velimus favore tueri atque gubernare, ex abundanti Serenitatis nostrae benevolentiae eorum intendimus jura non solummodo roborare: Verum quoque Regali augere potentia quorum continua obsequia nobis ex suis meritis grata ad modum sunt et accepta. Ad evidentiam igitur specialis gratiae ac dilectionis, quam gerimus ad charissimam civitatem nostram Nuremberg, antiqua jura à divis Praedecessoribus ac progenitoribus nostris inclitis Romanorum Imperatoribus et Regibus semper Augustis eidem loco tradita, non solummodo confirmamus. Imo si quem habere videntur defectum, cum locus ille nec habeat virieta neque navigia, imò in durissimo sit situs fundo de mera benignitate supplemus. Statuentes et pro futuris temporibus incommutabiliter observari sancientes quod quilibet ejusdem loci civis, nullum habere debeat advocatum, praeter quam nos et Successores nostros Rom. Reges et Imperatores. Item quicunque civis antè dictae civitatis fecerit se alicujus Muntmann, tam civis ille, quam qui hoc modo receperit eum, gratiam nostram demeruit, et in utroque pax non violatur. Item nemo aliquem civem loci illius duello impetere debet in tot. Rom. Imperio. Item quicumque alicui civi Norembergen. aliqua bona sua sive praedia sive feuda obligaverit aut impignoraverit, quocunque illa bona obligata devolventur sive ad dominos sive ad haeredes, Cives ille, cui antea fuerint obligata, in quieta permaneat

Digitized by Google

possessione, quousque à Successore redimantur. Item quicunque aliquem Noremberg bonis suis sive praediis sive feudis quocunque modo inbeneficiaverit: Si forte Dominus feudi aliquo tempore illi feudam negaverit, vel si aliquis ipsum civem super hoc impetierit, et civis cum suis concivibus testimonio legitimo comprobaverit, se esse inbeneficiatum, in quietâ permaneat possessione. Item nullus Dominus aliquem Nuremberg. compellere debet ad jus, quod appellatur Lehenrecht. Item quicunque Dominus aut alius Creditor alicui Nurembergen. accommodata reddere renuerit Mansionarius illius aut mercator vel suus Vogtmanerit pignus Norimberg. Nullus Norembergen. sit alicujus hominis Baphant de jure, nec unus mercator pro aliô. Item quicquid aliquis Norimbergen. ibidem deliquit, pro delicto puniendus esset in persona aut rebus, si satisfecerit Sculteto nostro, nulli amplius respondere debet de hoc delicto, et gratiam nostram percipiet. Ad haec civibus loci saepedicti talis gratia pro Jure ab omnibus praedecessoribus nostris inclitis Romanorū Regibus tradita et indulta dinoscitur, quam nos quoque approbamus, ut si dominus Imperij ab ipsis Steuram exiget, non particulatim, sed in communi quilibet pro posse suo persolvere debeat. Item in nundinis VVerde civis Norimbergensis, cum denariis Nurembergen. de Jure cambiet et emet aurum et argentum et nemo prohibebit. Similiter in nundinis Nordlingen. Cum denariis Nurenbergen. ement cambient aurum et argentum, et Magister monetae Nurembergen. illuc ibi, si voluerit et denarios suae monetae ibi formabit. Nullus Norembergen. in celeberatione Curiae Regalis ibidem de aliquibus rebus suis solvet theloneum. In Ascha Nurembergen. non magis solvent thelonei de rebus suis, quam nauta de navi sua. De Ratispona usque Pallàviam nullum solveut theloneum. In civitate Wourmacensi in festo Ioannis Baptistae, si unus Norembergen. dabit ibidem libram unam piperis et duas Chyrothecas, anno illo nihil aliud solvent, vel amplius Nurembergen. In civitate Spiren. nihil solvent Nurenbergen. E converso Spiren. nihil solvent apud Nuremberg. Ut igitur haec nostrae renovationis largitas et Confirmationis sanctio perpetuum recipiat vigorem, atque in posterum inviolabiter observetur, hoc scriptum inde fieri jussimus Sigillo Regiae Maiest:

Digitized by Google

sis Episcopus, Imperialis aulae Cancellarius vice Domini Seyfridi, sanctae Moguntinen. Sedis Archiepiscopi ac totius Germani Archicancellarij, recognovi. Actum incarnationis Domini, millesimo ducentesimo decimo nono. Regnante piissimo Domino nostro Frederico II divina favente clementia Rom. Rege, semper Augusto et glorioso rege Siciliae, Anno Romani Regni ipsius septimo, Siciliae verò vicesimo secundo feliciter. Datum apud Nuremberg. Anno supra scripto VI. Idus Novemb. VII Indictione.

(Documenta ad historiam March. Brand. spectantia. Manuſcript der Königl. Bibliothek zu Berlin gehörig.) (Auch in Gundling's Urk.-Sammlung Vol. II enthalten, Manuſcript d. Königl. Bibliothek.)

No. 2.

Barnim I, Herzog von Pommern, reſtituirt dem Kloſter Colbatz das Dorf Schoſſowa, beſtätigt demſelben auch den Beſitz des Dorfes Brode und befreiet es von allen weltlichen Auflagen.

Anno 1223.

Ego Barnym Dei gratia Pomeranorum Slauorum Dux, cum matre karissima Meroslaua Universis Cristi fidelibus tam posteris quam presentibus hec scripta cernentibus notum facimus. Quod et beate Marie et fratribus nostris in Colbas in colloquio, quod fuit Ucramund donauimus ymmo magis redonauimus villam que dicitur parua Scossoua. que pro anima domini Slauebory ab ipso et ipsius heredibus voluntate etiam et consensu patris mei Boguzlaui predictis fratribus jure hereditario collata est, sed posthec aliquanto tempore elapso cum Stetin a Theutonicis inuasa fuisset et possessa *) predicta villa

57) Caspar von Seckendorff † 1595.
58) Johann Conrad v. Gemmingen † 1612.
59) Johann Chriſtoph v. Weſterſtetten † 1637.
60) Marquard Schenck v. Caſtell † 1685.
61) Johann Eucharius Schenck v. Caſtell † 1697.
62) Johann Martin v. Eyb † 1704.
63) Johann Anton Knöbel v. Catzenelnbogen † 1725.
64) Franciscus Ludowicus Freyherr Schenck v. Caſtell, erwählt den 3. Juli 1725.

*) Von dieſer Eroberung von Stettin und daß ſich Herzog Bugislaus II von Stettin flüchten und ſeine Reſidenz ad interim in dem Kloſterdorf

interim patri meo Boguzlauo ab abbate Rodolfus et Colbacensibus concessa fuit tali sub conditione sub jure jurando et testibus. Quapropter nos predictam villam pro redemptione patris mei predictis fratribus nostris redonauimus et ne prauorum peruersitate vel malorum incursione hec nostra donatio aliqua ex parte infirmari aut deprauari possit. rogatu matris mee et domini Conradi venerabilis Caminensis episcopi et nunciorum Regis et dapiferi ejus *) et aliorum multorum principum et *baronum terre nostre* eam eis perpetuo confirmamus et sigilli nostri et matris nostre impressione communire curaui. Quicunque autem hanc nostre donationis paginam infringere aut infirmare vel adnichilare presumpserit. cum Juda Cristi proditore et cum dyabolo et ejus angelis dampnationis eterne vindicte et excommunicationis perpetue subjacebit. In predicto etiam colloquio consensu et voluntate nostra et domini Conradi venerabilis Caminensis episcopi presentibus nunciis Regis et dapiferis ejus aliorumque nobilium et baronum terre concessimus et redonauimus fratribus nostris de Colbas libertatem et immunitatem ville Brode **) quam habuerunt ab inicio emptionis sue donacione domini Boguzlaui senioris et junioris scilicet liberam ex omni exactione juris secularis. scilicet thelonei. expedicionis omnisque seruicii secularis ut nulli deinceps seruiant nisi Deo et beate Marie sanctisque illis in Colbas. Acta sunt hec anno incarnatonis dominice M°. CC°. XXIII°. in Ucra-

---

Schoſſow nehmen müſſen, iſt ſonſt in Pommerſchen Schriften nichts Näheres bekannt; es ſcheint aber, als wenn die Sächſiſchen neuen Colonieen, ſo nach Stettin gekommen, die Wenden ausgetrieben haben und, was hier von der Invaſion der Teutſchen gemeldet wird, ſo zu verſtehen iſt.

*) Dies kann nur von König Waldemar II zu verſtehen ſein, welchem alle Lande an der Oſtſee faſt zu Gebote ſtanden, und welcher auch ſeine Deputirte zu dieſem Landtage oder Colloquio geſandt, bei welchem, wie unten folgt, die ganze Wendiſche oder Slaviſche Ritterſchaft nebſt den Fürſten und Herren des Landes zuſammen geweſen, und weil in alten Briefen ſelbige verſchiedentlich barones terrae genannt werden, ſo halte ich ſie für die alten Schloßgeſeſſenen Geſchlechter.

**) Brode hat gelegen, wo nun der Paß oder der Berkenbrodeſche Paß zwiſchen Stargard und Pyritz iſt, woſelbſt auch vor Zeiten ein Schloß geweſen, ſo Brode geheißen.

(Pregerſche Anmerkungen.)

Digitized by Google

mund coram nobilibus totius Slauie. Testes hujus donacionis et confirmationis dominus Conradus Camynensis episcopus. Paulus Caminensis canonicus. *Rokillus* castellanus Cluniensis. Solizlaus. Scarsewitz et filii ejus Prinsota et Sebor. Jacobus filius Nankowiz. Ianic. *Dobeslau Unidarsziz.* Barnislau filius Suioitim.

(Dreger Cod. Pom. dipplom. T. I.)

No. 3 a.

Ludovicus, marchio, confirmat literas Henrici Comitis Ascaniae quondam tutoris Marchiae Brandb. ciuitati Werben datas super emtione prati Prinzlone et bonis ad fluuium Sure pertinentibus.

Urkunde de Anno 1225.
Confirmation de Anno 1335.

Ludovicus Dei gratia Brandenburg. et Lusatie marchio Comes Palatinus Reni &c. prudentibus viris et discretis Consulibus cum universitate ciuitatis Werben presentibus et futuris gratiam suam et omne bonum. Noti et incliti fidelitate ob constantiam quam per experientiam actualem nobis per vos comprobauimus exhibitam priuilegium infra scriptum quod vidimus in toto et in omni sua potestate duximus approbandum vobis per nobilem virum Henricum Comitem Ascanie quondam tutorem Marchie Brandenb. bone memorie datum et concessum prout sequitur in his verbis:

»Henricus Dei gratia Comes Ascanie et Tutor Marchie »Brandenburgens. omnibus audituris seu hanc paginam »visuris in vero salutari salutem. Cum humana sepe »negotia vetustatis morsibus attenuata depereant, et »eorum notitiam commutet posteritas successiva nisi »certis notis in pagina designentur, ea que modo gerimus literarum indiciis confirmemus. Scire cupimus »universos tam presentis temporis quam futuros »quod nos una cum nostris nepotibus de Brandenburg. pro quodam debito persolvendo habito super »consilio tam nobilium quam ministerialium discretorum Burgensibus de Werben vendidimus pratum »unum Prinzlone et bona illi fluvio qui Sure dicitur »attinentia cum omnimodo ipsorum prouentuum per-

Digitized by Google

»ceptione et volumus ut titulo proprietatis sibi jam »dicta bona prefati Burgenses libere possideant ac »usurpent, ita quod communitas de Werben ea capiat »perpetuo possidenda. Statuimus etiam Advocatum »ciuitatis sepius memorate auctoritatem habere judi»candi in bonis jam dictis secundum consuetudinem »Advocatorum nec ad aliquem alium judicem habere »respectum causa judicandi siue querimonias defe»rendi bonorum homines preditorum. Quod ut in »presenti robur obtineat firmitatis et certum perma»neat in futurum presentem super hoc paginam stu»diose conscriptam nominibus testium explicatis vide»licet Comites Ulrici de Luchoue, Comitis Sigfridi de »Osterburg, Comitis Conradi de Dannenberg, Alue»rici militis de Kerkow, Gerhardi de Carthoue, Jo»hannis Gans, Thegerhardi, Gosumi, Thiderici de »Osterburg, Henrici fratris sui, Gerhardi de Beliz, »*Tiderici de Eickstede*, Ottonis Aduocati de Bertiggo, »Henrici de Stendal, Sigfridi de Stegelitz, Alberti »Aduocati de Spandoue, Henrici de Kongesmarck, Fri»derici de Kemeric, Johannis et Arnoldi de Werbene, »ac nostri sigilli munimine nostorumque testimonio »cognatorum et ipsorum sigillo duximus roborandum. »Actum anno dominice incarnationis M°. CC°. XXV°. »Indictione VIII. . . . .« Predictum siquidem privilegium ad instantiam vestram devotam quod omnes articulos in eo positos et specialiter ac nominatim pratum in Prinzlow quondam dictum quod nomine Silua Colpin nominatur approbamus, ratificamus et prout rite et rationabiliter possidetis adeptique estis presentibus confirmamus. In cujus rei testimonium presentes conscribi, sigillique nostri appensi munimine jussimus communiri. Testes hujus rei sunt Telemannus de Segenberg, nostre Camere Magister, Henningus de Boden, Lud. de Wedel milites, Albertus de Wolfstein curie nostre Magister, Ericus de Blanckenburg secretarii nostri dilecti cum aliis fide dignis. Datum Spandow anno Domini M°. CCC°. XXXV. feria VI. post Dominicam qua cantatur Letare.

(Gercken Fragmenta Marchica. T. I.)

Digitized by Google

No. 3 b.

Ludovicus, Marchio, confirmat literas Henrici Comitis Ascaniae quondam tutoris Marchiae Brandenb. ciuitati Werben datas super emtione prati Prinzlove et bonis ad fluuium Sure pertinentibus.

Anno 1335.

(Confirm. einer Urkunde von 1225.)

Ludowicus Dei gratia Brand. et Lusatiae Marchio, Comes Palatinus Reni, Dux Bavariae Sacrique romani imperii Archi-Camerarius, prudentibus viris et discretis Consulibus cum universitate Civitatis Werben praesentibus et futuris gratiam Suam et omne bonum noti et incliti fidelitate. Ob Constantiam quam per experientiam actualem nobis per Vos comprobavimus exhibitam privilegium infra scriptum quod vidimus in toto et in omni sua potestate duximus approbandum, vobis per nobilem virum Henricum Comitem Aschanie quondam tutorem Marchiae Brand. bonae memoriae datum et concessum prout sequitur in his verbis:

> Heinricus Dei gratia Comes Aschanie et tutor Marchie Brand. omnibus audituris seu hanc paginam visuris in vero salutari salutem. Cum humana soepe negotia vetustatis morsibus attenuata depereant et eorum notitiam commutet posteritas successiva, nisi certis notis in pagina designentur ea quae modo gerimus litterarum indiciis confirmamus. Scire cupimus universos tam presentis temporis quam futuros quod nos una cum nostris Nepotibus de Brandenburg pro quodam debito persolvendo, habito super consilium tam nobilem quam ministerialium discretorum Burghensibus de Werbene vendidimus pratum unum Printzlowe et bona illi fluvio qui Sure dicitur attinentia cum omnimodo ipsorum proventuum perceptione et volumus ut titulo proprietatis sibi jam dicta bona prefati Burghenses libere possideant ac usurpent, ita quod communitas de Werbene ea cupiat perpetuo possidenda. Statuimus etiam Advocatum Civitatis saepius memorate auctoritatem habere judicandi in bonis jam dictis secundum consuetudinem Advocatorum, nec ad aliquem alium judicem habere respectum causa judicandi

sive querimonias deferendi bonorum homines predictorum. Quod ut in presenti robur obtineat firmitatis et certum permaneat in futurum praesentem super hoc paginam studiose conscriptam nominibus testium explicatis videlicet Comitis Ulrici de Luchowe, Comitis Sigfridi de Osterburg, Comitis Conradi de Tannenberg, Alverici militis de Kerkowe, Gerhardi de Carthowe, Johannis Gans, Thegenhardi, Gosuini, Tyderici de Osterburg, Henrici fratris sui, Gerhardi de Belitz, *Tyderici de Exstede,* Ottonis Advocati de Bertiggow, Henrici de Stendal, Sigfridi de Stegelitz, Alberti, Advocati de Spandowe, Heinrici de Congesmarck, Friderici de Kemeric, Johannis et Arnoldi de Werbene, ac nostri sigilli munimine nostrorumque testimonio cognatorum et ipsorum sigillo duximus roborandum actum anno Dominice incarnationis M°. CC°. vicesimo quinto Indictione VIII.

Predictum siquidem privilegium ad instantiam vestram devotam quod omnes articulos in ipso positos et specialiter ac nominatim pratum Printzlow quondam dictum quod nomine silva Colpin nominatur approbamus, approbantes ratificamus et prout rite et rationabiliter possidetis adeptique estis praesentibus confirmamus. In cujus rei testimonium praesentes conscribi, sigillique nostri appensi munimine jussimus communiri. Testes hujus rei sunt Tilemannus de Segenberg nostrae Camerae magister, Henningus de Buden, Ludistram de Wedel, milites, Albertus de Wolfstein, Curiae nostrae magister, Erificus de Blankenburg, secretarii nostri dilecti cum aliis fide dignis. Datum Spandow anno Domini M°. CCC°. trigesimo quinto. feria sexta post Dominicam qua cantatur Letare.

(v. Gundling Urk.-Samml. T. III. Mſc. d. K. Biblioth. zu Berlin.)
(Gercken hat dieſelbe Urkunde in ſeinen fragmenta marchica T. I, beide weichen in Etwas von einander ab, weshalb auch die Gundlingſche Urkunde gegeben wurde.)

Digitized by Google

No. 4.

Herzog Barnim, Caſimir II Sohn, und ſeine Mutter Jngard, beſtätigen die von der Fürſtin Anaſtaſia geſchehene Fundation und Dotation des Nonnenkloſters zu Treptow an der Rega, und fügen derſelben noch einige Güter hinzu.

Anno 1227.

Barnym Dei gratia Dux Pomeranorum et Ingert mater ipsius Ducissa corundem. omnibus hanc paginam inspecturis tam presentibus quam futuris in perpetuum. quoniam cum de diuinis mandatis instruimur plenius edocemur dei misericordiam super malitia populi. esse prestabilem et benignam. nobis qui in hujus seculi procellis in nauicula Petri agitati scelerum turbine naufragamur. omni quo valemus. est studio laborandum. qualiter ejus graciam. qui est portus salutis. qui neminem vult perire sed illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. sine quo sibi placere non possumus. per bonorum operum merita consequamur. Sane quia ciuitas super montem posita non potest abscondi. Uniuersitati vestre duximus declarandum. quod venerabilis auia nostra Anastasia ducissa Pomeranorum quam pia ut debemus. amplectimur deuocione. Zelo bone intentionis inducta de rebus propriis in dote quam ab illustri auo nostro Bugzlauo Duce Pomeranorum felicis recordationis receperat. claustrum dominarum in Treptouinsi prouincia pro anima predicti aui nostri et parentum nostrorum bone memorie et pro salute sua et nostra et illustrium matrum nostrarum Pomeranorum ducissarum edificare cepit domino annuente. cujus bone voluntatis affectum nos approbantes et ratum habentes. sub presentia dilecti fratris nostri Wartizlai ducis Pomeranie et matris ipsius qui et ejus bonum propositum approbantes predicte domui ancillarum Cristi villas tredecim in Treptouiensi prouincia cum ipsarum attinentiis addiderunt de communi consilio venerabilis Episcopi nostri Conradi nec non et nobilium nostrorum ad sustentacionem dominarum in predicta domo domino fideliter famulantium nouem villas in Colbergensi prouincia et tres in Piritzensi et unam in Stolp minore. cum ipsarum appendiciis siluis, agris, pratis, piscationibus et singulis earum juribus liberas ab omnibus exactionibus

Digitized by Google

contulimus pacifice possidendas. ipsarum tantummodo usibus profuturas. quas propriis nominibus duximus declarandas. in Piritz, Megow. Stros. Breszko. In Choleberg Ztoykowo. Surkowic. Parsow. cum clausura. Jamre. Tessic. Zmogozewic. he sunt culte. inculte vero Chluco. Mistiz. Nedalino. in paruo Ztolp. Neztic et duo tuguria in monte salis ipsarum commodis prouentura. Volentes itaque hanc nostram donationem. quam de mera fecimus liberalitate seruari ab omnibus inconuulsam ipsam literis nostris cum sigilli nostri nec non et domini Episcopi muniuimus appensione. Si quis vero hoc factum nostrum rationabile ausu temerario duxerit irretandum. diuine potentie vindictam et nostram sentiet indignationem. Testes autem hujus donationis sunt Conradus Caminensis episcopus. Heidenricus custos Colbergensis ecclesie. *Dobezlaus* et Tsirnech, castellani in Colberg *) Wsemarus. Zetzlaus. Ztyslaus filius ejus cum aliis fidelibus tam clericis quam laicis qui tali intererant donationi. Actum in Choleberg anno dominice incarnacionis M°. CC°. XXVII°. quarto idus Octobris.

(Dreger Cod. Pom. dip. T. I.)

No. 5.

Herzog Wartiſlaus III giebt ad petitionem nobilis Dobizlai dem Kloſter Belbuk das Dorf Necore nebſt einem Fließ beim Dorf Derviante.

Anno 1228.

Wartizlaus Dei gratia Dux Slauorum omnibus presentem paginam visuris. salutem in eo per quem salus omnium cepit esse. quoniam mens humana diuersis inseruiens negociis turbini non sufficit rerum ut cuncta retineat inoblita. necessarium est ut sub tempore acta queque transeunte ne irritamentum in posteris sustineant. literis et testibus muniantur. Nouerint igitur uniuersi quod villam Necore ad petitionem *nobilis nostri Dobizlai,* cum omni libertate et flumine prope villam Deruiante ecclesie beati

---

*) Das Schloß Colberg gehörte halb Caſimir II und halb Bugiſlaff II, daher zwei Castellani. (Dreger.)

Digitized by Google

Petri in Belbuch contulimus jure perpetuo possidendam. ut exinde parentum meorum et mei nec non et dicti nobilis Dobizlai et suorum memoria a fratribus ibidem domino deseruientibus jugiter habeatur. hanc itaque donacionem ratam haberi volentes nostram. et perpetuis temporibus inconuulsam. ipsam literis et sigilli nostri munimine dignum duximus roborare. Hujus donacionis nostre testes sunt. Conradus Episcopus Camynensis. Robertus prepositus Diminensis. Hinricus Plebanus Diminensis. Mirozlaus castellanus. Dobrimarus. Andreas. Nachimarus. Siueko. Duchic. Virchozlaus. Barnuta. Datum anno domini M°. CC°. XXVIII°. in Dimin.

(Dreger Cod. Pom. dipl. T. I.)

No. 6.

Herzog Albert zu Sachſen verleiht dem Deutſchen Ordenshauſe zu Danestorp 15 Hufen daſelbſt und geſtattet dem Orden, in der Landſchaft Belzig Beſitzungen zu erwerben.

Anno 1229.

Albertus Dei Gracia Dux Saxonie, Angaric et Wesfalie, et Dominus Nordalbingie omnibus in perpetuum. Quecunque de facultatibus nostris ob laudem et gloriam matris Dei locis suo nomini consecratis liberaliter impendenda duxerimus, expedit, ut nos ea literarum nostrarum presidio muniamus, quatenus ad presens in vigore suo sic valeant, ut firmitatis sue robur procedente tempore ne amittant. Ea propter notum esse cupimus universis Christi fidelibus hanc literam audituris, quod cum nos olim Ecclesiam in Danesdorp proprietatis nobis titulo pertinentem, resignatam nobis a fidele nostro Comite Bederico de Beltiz, qui ratione feudi, quod habebat a nobis, diu fretus fuerat jure Patronatus in ea, donatione legitima donassemus fratribus Hospitalis Jerusalyme sancte Marie Virginis de Domo Teutonica perpetualiter possidendam, sicut in aliquo quodam nostro privilegio plenius continetur. Viso quod ipsa Ecclesia non talem haberet materiam incrementi propter suorum redituum paucitatem, prout dicte domui expediret, nos sibi melius succurrendum in alio quodam nostro decrevimus adjectivo. Ad instantiam ergo fratris Eghardi de Trebecim, Viri utique religiosi, ac Deum

Digitized by Google

timentis, qui tanquam servus fidelis et prudens circa talentum sibi creditum operatur, et providet domui supradicte, quindecim mansos nobis etiam proprietatis ratione pertinentes resignatos quoque nobis a Comite memorato, cum omni utilitate et jure, quod habebat in ipsis, et cum omnibus attinentiis suis, congrua et rationabili donatione duximus conferendos fratribus dicte domus possidendos perpetualiter, libere et quiete, ubicunque ipsos emere, vel quacunque commutatione comparare potuerint, aut quocunque justo titulo eos valuerint adipisci infra territorium Beltiz et totum infra ejus circuitum et districtum. Hujus rei testes sunt Theodoricus et Ulricus dicti Burggravii de Witin, Bertramus pincerna noster, Burchardus de Tuegen*), *Henricus de Ecstede,* Cuno de Refeldt, Esicus de Durnow, Johannes de Concum, Hermannus Büsel et alii quam plures. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini existente MCCXXIX. XI. Calend. Martii. Ut autem hanc donationem nostram nulla valeat obolere vetustas, nulla presentis temporis possit turbatio permutare, literam hanc testimonialem inde describi fecimus, et sigilli nostri munimine roborari.

(J. C. Eilers Chronicon Beltizense.)

No. 7.

Herzog Wartiſlaus giebt dem Kloſter Stolp an der Peene für das Dorf Plachte zwey andere Feldmarken in terra Szytin, befreiet auch die Einwohner derſelben von allen weltlichen Abgaben und Dienſten.

Anno 1231.

Wartislaus Dei miseratione Dux Slauie omnibus hoc scriptum inspecturis salutem et utriusque vite felicitatem. Ne vetustas temporum obliuionem generans. a nostra majestate ordinata in progenie deleant subsequari id quod gerimus. autenticarum litterarum munimine solidamus. Pateat intellectui unuiersorum hanc paginam perlegentium. Quod ego fortioribus aliquantulum et discretioribus annis sociatus peticione mediante quorundam no-

*) Schultes nennt ihn (im 2. Bande des Direct. Diplomat. pag. 654) Trugen.

Digitized by Google

bilium mee ditioni subjectorum Swirzonis videlicet et ejus quam plurium amicorum. in commutatione ville Plachte optuli beato Johanni monachisque Stolpensibus binos campos in prouincia Scytin sitos Plachtina et Mancelin nominatos cum agris et pratis ac ceteris eorum limitibus deputatis. et incolas ipsorum totaliter a jugo et rigore juris secularis emancipaui et omnimode libertatis titulo insigniui. Sed ut hujusmodi donum perpetualiter prememorato loco collatum. ratum perseueret. et aduersantium procelloso turbine indiscussum. et hoc in presencia episcopi Caminensis Conradi retractatum et diffinitum. illud censui sigilli mei inpressione et litterarum notamine roborari. testimonium assignando virorum fide et actu nobilium. ecclesiasticarum personarum abbatis Stolpensis Godeschalci siquidem et ejusdem loci monachi et diaconi Wencezlai nec non et Petri parrochiani in Gardist et laicorum quorum hec nomina sunt. Zstoilaus de Camin. Suire *). *Dobezlaus filius Rochilli.* Laboradus, et alii quamplures. Datum anno dominice incarnationis M°. CC°. XXX°. primo.

(Dreger Cod. Pom. dipl. T. I.)

No. 8.

Herzog Wartiſlaus III verkauft ſeine Hälfte des Landes Treptow a. d. Rega, welche auf der Seite nach Camin belegen, dem Abt zu Belbuck für 140 Mark Silbers.

Anno 1236.

Wartizlaus Dei gratia Dux Slauorum omnibus hanc paginam inspecturis tam presenti quam futura gaudere in perpetuum prosperitate. quoniam in contractibus quos perpetuari oportet ex processu temporum solet quandoque emergere ambiguitas onerosa. Necesse est ut super hiis instrumenta publica conficiantur per que et dubietas absoluatur et modus contractuum et voluntas contrahentium perpetuo declaretur. Uniuersitati itaque tam presentium quam eorum qui postmodum sunt futuri. notum facere

---

*) Dieſes mag wohl einer von der Familie von Schwerin und der Zuname von ihm angenommen ſeyn, wie ſich denn von vielen Familien als: Natzmer, Mizlaff ꝛc. findet. (Dreger.)

Digitized by Google

cupientes. presenti pagina declaramus. quod ad petitionem dilecte auie nostre quam propter magnum affectum quem super et circa personam nostram habuit habundanter tenemus diligere et in omnibus honorare. venerabili viro Abbati in Belbog et suis sequacibus medietatem territorii Treptowiensis que versus Camin respicit pro centum et quadraginta marcis vendidimus. omnia sibi jura que ibi habuimus relinquentes absque ulla diminutione terminorum siue aquarum vel agrorum que usque huc predictum territorium noscitur habuisse. absoluentes et omnes ibi manentes ab omni quam dominis terre facere consueuerant in antea exactione Statuentes etiam ut si quando nimia necessitate nos urgente nobis ad expeditionem homines illius territorii ad defensionem videlicet terre nostre nobis fuerint necessarii. pro eo ad dominum abbatem dicti loci non ad alium recurratur. nec ad hoc vel ad edificationem castri alicujus infra terram nostram per coactionem aliquam compellantur. sed in voluntate sit abbatis quot ad hoc negocium transmittantur. Spondentes eciam ipsi ut si quis dicti loci abbatem in predictis proprietatibus temptauerit molestare vel pretextu alicujus domini impedire. nos eum a tali impeticione absque loci sui dampno vel grauamine absoluemus. Ne vero talis noster contractus racionabiliter de nostra voluntate et conscientia factus alicui postmodum in dubium veniat hoc instrmentum per nos datum sigilli nostri et testiumque robore qui presentes fuerunt duximus roborandum. Testes autem sunt. Dominus Conradus Caminensis Episcopus. Florentius ejusdem ecclesie prepositus. Willelmus ejusdem ecclesie Scholasticus. Hinricus Diminensis plebanus. Johannes dapifer noster. Conradus. Wedgo. Luttardus. *Dobezlaus.* Nezul. milites. Chanzik. Dobeska. Nenzad. Slaui nostri nobiles in Dimin *). Actum Dimin anno incarnacionis M°. CC°. XXXVI°. V°. Calendas Augusti.

(Dreger Cod. Pom. dipl. T. I.)

---

*) Dies ſind die nobiles castrenses, welche die Burg bewachen, und ſonſt auch Hof-Dienſte in dieſer ehemaligen Reſidenz thun müſſen.

(Dreger.)

No. 9.

Wizlaus I, Fürſt zu Rügen, verkauft das Gut Pennin und den See Bandin dem Kloſter Neuencamp. ꝛc.

Anno 1242.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Wizlaus princeps Ruyanorum omnibus Cristi fidelibus presentis scripti inspectoribus in perpetuum. Quoniam cuncta fert etas nec quicquam est quod temporis transeat metas. ne more fluminum pretereant facta hominum dignum est ea scripto perhennari. Hujus igitur contemplatione rei tam presentium quam futurorum dignum duximus noticie transmittendum. Quod nos filiorum nostrorum Jerzlai videlicet prepositi Jeromari et Wyslai accedente consensu simul et consilio. dilectis fratribus noui Campi sub abbate Alexandro Deo seruientibus villam Penin ejusdem ecclesie terminis adjacentem. et suos terminos usque fluuium australi parte stagnum Bandin intrantem aquilonari vero parte ad fluuium egredientem dictos terminos inter ipsos fratres et villam Sumeke diuidentem quo capiuntur anguille. Jus vero nostrum cum ejusdem stagni et fluuii sagenarum aliorumque instrumentorum piscatione legitime vendidimus. Verum tamen plane et finaliter excepimus quod nos et heredes nostri in futurum non sagena sed paruis retibus et ceteris instrumentis in eodem stagno piscari perpetualiter valeamus. Quod si successione eandem piscandi auctoritatem nos aut heredes siue successores nostri vendere aut aliquo alio modo a se decreuerint separare. ex tunc predictos fratres et eosdem in sancta religione subsequentes ex judicii majoris et minoris proprietate quam jam a nobis ut premittitur compararunt tamquam primarios et ejusmodi venditioni proximiores omnibus in hac parte emptoribus per presentes duximus preferendos. Preterea sepedicti fratres de nostro. heredum. hominumque nostrorum consensu aspirante. duas villas Mükenhole videlicet et indaginem sacerdotis *) cum omnibus attinentiis paludibus pascuis et siluis pratis et molendino. XL^a. II^os. mansos continentes ab Jwano suo-

---

*) i. e. Papenhagen. (Dreger.)

Digitized by Google

rumque consensu heredum eisque plene et pure ex festucantibus pro ducentis et viginti quinque marcis currentis monete legitime compararunt. Nos vero predictarum contractum villarum approbantes tam libera et cetera ejusdem ecclesie bona consentes. partem decime minoris *) et majoris **) tam de cultis quam incultis jure nobis attinentem. libere et absolute eisdem fratribus in perpetuum indulgemus. Insuper inhibentes ne quisquam hominum heredum aut successorum nostrorum nomine super jam limitationes nominatas aut quascunque predictorum fratrum possessiones in nostro dominio consistentes jam acquisitas aut in posterum acquirendas audeat vel presumat distributionem funes extendere aut easdem contra voluntatem eorundem fratrum prejudicialiter mensurare. Ut ego de omnibus et singulis premissis in perpetuum firma maneat certitudo presens scriptum nostri sigilli munimine curaufmus roborare. Testes sunt Martinus prepositus dominarum de Monte ***). Thomas et Robertus capellani curie. *Dobezlaus sacerdos de Peron.* Walterus sacerdos de Rikenberg. Wernerus miles. Mtzennarus. Martinus. et Sumeke fratres. Ratzlaus de Bart. Richoldus et Engilbertus. Rathardus et Richardus fratres. Lubertus aduocatus in Tribuses. Johannes aduocatus in Pyron et ceteri quam plures. Acta sunt hec anno gracie M°. CC°. XLII°.

(Dreger Cod. Pom. dipl. T. I.)

No. 10.

Herrmann, Biſchof zu Camin, giebt dem Stettiner Nonnenkloſter den Biſchofszehnten von deſſen Gütern.

Anno 1255.

Herrmannus Dei gracia Caminensis ecclesie Episcopus, omnibus in perpetuum. Ea que geruntur a viris prudentibus ne qua possint attemptari calumpnia eternari solent linguis testium et testimonio literarum. Hinc est quod

---

*) Der ſchmale Zehende, welcher vom Zuwachs des Viehes, als Kälbern, Schweinen, Schaafen und Gänſen gegeben wurde. (Dreger.)

**) Der große Zehende, beſtand in der zehnten Garbe Getraide, wie es auf dem Felde aufgeſetzt und noch nicht eingefahren war. (Dreger.)

***) Kloſter Bergen auf Rügen. (Dreger.)

Digitized by Google

notum esse volumus tam presentibus quam futuris. quod nos ob reuerentiam gloriose semper virginis Marie. conuentui dominarum in Stetin Cisterniensis ordinis decimas mansorum ac villarum que sequuntur contulimus de consensu nostri Capituli perpetuo possidendas. Nomina villarum sunt hec. Grabow. Bredouue. Golentin. Gustouue. Rodenbeke. Colbascoue. Rosouu. Pumelle. *Berenslauu.* Lodentin. Mansi vero sunt hii. in Reinekendorp quatuor. Repeglouue duo. Chorin duo. *Tantouue* duo. ut igitur hec nostra donatio semper fiirma permaneat. presentem literam inde conscriptam. sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes hujus rei sunt. Thidericus Scolasticus Caminensis. Fredericus Plebanus in Piritz. Johannes Plebanus sancti Petri in Stetin. Hinricus Comes de Kerchberg. *Heinricus Miles de Egstede.* Otto de Cracouue. et alii quam plures. Datum Bercholt anno domini M°. CC°. LV°. vigilia Marie Magdalene. pontificatus nostri anno primo *). Datum per manus Johannis Notarii.

(Dreger Cod. Pom. dipl. T. I.)

No. 11.

Anno 1258.

Dei gratia Albertus Dux de Brunsuic, ad quos haec litera pervenerit, salutem, et sincere voluntatis affectum. Praesentibus recognoscimus et publice protestamur, quod praesentibus venerabili Patre Domino in Halberstadiensis Ecclesiae Episcopo, et Nobili Principe Johanne Marchione de Brandenborg avunculo nostro et multis aliis Viris Nobilibus et honestis de parte venerabilis Hildesemensis et nostra fideliter et firmiter est dictum, quod nostri et nos dicto Domino Episcopo et suis auxiliatoribus, donec in Octavam Pentecostes nunc venturam secuntatem personarum et rerum servabimus bona fide. Quod si aliquo casu, ignorantibus nobis eidem Episcopo et suis, medio tempore aliqua per nostros irrogaretur injuria vel laesura, dicto

*) Nach Iſelin wurde Herrmann, Graf von Gleichen, ſchon 1249 Biſchof; dies wäre alſo unrichtig nach vorſtehender Urkunde, wenn nicht etwa ſeit dem Tode Biſchofs Conrad III der biſchöfliche Sitz bis 1254 unbeſetzt geblieben iſt.

Digitized by Google

Domino Episcopo nos satisfaciemus in amicitia vel in jure. Huic vero securitati Dominus Borchardus de Wulfesbutte, Dominus *Johannes de Ecstede* et Dominus Egbertus de Luttere sunt inclusi. Actum Brunsuic in claustro S. Aegidie anno Domini M°. CC°. LVIII°. Kal. Januarii.

(Gundling's Urkunden Sammlung. Mscpt).

No. 12.

Herzog Wartiſlaus III gründet die neue Stadt Greiffenberg a. d. Rega, giebt ihr 100 Hufen, Lübiſch Recht, den Rega-Fluß bis an die Oſtſee ꝛc.

Anno 1262.

Wartizlaus Dei gratia Dux Diminensis. Uniuersis Cristi fidelibus et omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in Jhesu Cristo. Euanescunt simul cum tempore que geruntur in tempore nisi recipiant voce testium aut scripture memoria firmamentum. Qua propter notum esse cupimus tam presentibus quam futuris quod nos noue ciuitati super Regam centum mansos et quatuor mansos ecclesie ejusdem ciuitatis duximus perpetuo conferendos. cum decime integritate. Ex istis centum mansis contulimus Jacobo de Trebetowe possessori *) dicte ciuitatis viginti mansos cum jure ciuitatensi et jure feodali suisque heredibus perpetuo possidendos. Ex istis iterum centum mansis contulimus decem militibus et famulis triginta mansos ita tamen quoadusque ibidem manserint pareant juri ciuili. Preterea contulimus fluuium adjacentem qui Rega dicitur supra notate ciuitati cum omni libertate usque ad salsum mare. Insuper idem jus quod Gripeswalde de Lübeke habetur nostre contulimus ciuitati. ab illo tempore quo dicta ciuitas sumpsit initium. ipsi decem annis ab importuna peticione contulimus libertatem. Preterea ad edificia nemus et ligna que nostra esse dinoscuntur ipsis in-

*) Das findet ſich bei Rügenwalde, Cößlin und ſonſt hin und wieder, daß, wie die alten Wendiſchen Flecken durch Sachſen bevölkert und zu Städten gemacht worden, gewiſſen Perſonen die Einrichtung derſelben aufgetragen worden, welche possessores genannt werden, und einen Theil der ſtädtiſchen Aecker und andere Emolumente zu genießen hatten. Ein ſolcher iſt auch Jacob von Trebetow geweſen.

dulgemus et ea que nostris possumus obtinere precibus et rogatu. theloneum vero sicut Gripeswald possidebunt. Cum hec agerentur hij testes astiterunt. Dominus Borco. Kazimarus. Bispraus camerarius. Heinricus Ursus. Bertoldus aduocatus. Tessen. Teslaus. Primislauitz. Domasslaus. *Dobesslaus.* Gnewomir. Woien. Nicolaus. Tezbesslaus. Trebemer. Hermannus et Bertoldus Doringi. Johannes Troie et alii milites. Jacobus de Trebetowe et consules dicte ciuitatis. Datum super Zwinam anno domini M°. CC°. LX°. II°. *)

(Dreger Cod. Pom. dipl. T. I.)

No. 13.

Johannes et Otto March. Brand. ratione modi super diuisione terrae Budessin et Trans Oderanae inter se conueniunt.

Anno 1266.

Nōs Johannes et Otto dei gracia Marchiones Brandenburgenses recognoscimus et presentibus protestamur quod inter nos mediantibus venerabilibus viris fratre Annone summo magistro domus theutonici et *fratre Ludolpho dicto de Ekstede* et nobilibus viris domino C. de Sterinberg cellerario Magdeburg. ecclesie et domino Burchardo de Barbey et quibusdam aliis nostris fidelibus et familiaribus super diuisione bonorum nostrorum trans Oderam et terrarum et terre Budessin sub hac forma condictum est et fideliter compromissum, scilicet quod nos et Johannes Marchio terram trans Oderam diuidemus, et frater noster Otto eliget quam partem sibi magis viderit expedire. Item nos Otto Marchio terram Budessin diuidemus, ac frater noster dominus Johannes ibidem eliget quam partem sibi magis viderit oportunam. Huic autem ordinationi et diuisioni certus terminus est hic inde prefixus scilicet festum B. Michaelis proxime venturum. Si autem nos vel alter no-

*) Hier wird der Name Greiffenberg zwar nicht gefunden, ſondern nur der Neuen Stadt erwähnt; als aber Herzog Wartislaus III anno 1264 verſtorben, und deſſen Landesantheil an Herzog Barnim I gefallen, hat dieſer nicht nur vorſtehende Fundation transsumirt, ſondern auch confirmirt und dabei noua civit. Griphemberch genannt.

(Dreger.)

strum magis arduis negotiis siue impedimentis euidentibus contigerit prepediri ut predicta diuisio nequeat dicto termino terminari, extunc ante natiuitatem domini immediate subsequentem omni impedimento sublato terminabitur prefixo termino hinc et inde. Si vero aliquis ex nobis quod absit grauiter infirmari vel discedere ab hac vita nostri filii ad predictam formam obseruandam sunt data fide firmiter et fideliter obligati, ut predicta diuisio suo tempore sortiatur effectum. In predictorum siquidem omnium euidens testimonium et munimen presens scriptum jussimus fieri et sigillorum nostrorum munimine et summi magistri domus theutonici communiri. Datum Tangermund anno domini M°. CC°. LXVI°. tertio Non. Junii.

(Gercken Cod. Dipl. Brandenb.)

No. 14.

Anno 1269.

Omnibus in perpetuum. In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Johannes, Otto et Conradus Dei gratia Marchiones Brandenburgenses. Non inutili providentia credimus exstitisse statutum, ut in legitimis contractibus scripturarum Testimonio juvaretur, ne suscitarentur abolitae quaestiones et morbum paterentur sopitae controversiae recidivum. Ideoque notum esse volumus, tam praesentis temporis Christi fidelibus quam futuris, quod nos Civitati nostrae Osterborch pratum quoddam appellatum Seggewisch, magnum situm, juxta praetactam Civitatem, dimisimus, pro viginti et ducentis Marcis Brandenburgensis argenti, cum curia sita in eodem prato, lignis, pascuis, paludibus, graminibus, viis et inviis et omnibus attinentiis proprietatum titulo perenniter possidendum. Ut ergo hujus venditionis et dimissionis jam dictae contractus eidem civitati perpetuis temporibus maneat inconvulsus, praesentem paginam super his conscribi jussimus et sigillorum nostrorum apicibus communiri adhibitis nihilominus testibus idoneis, quorum nomina sunt haec. Johannes de Buch, *Fridericus de Echstede*, Conradus de Quitzau, Conradus de Snetling, Busso de Ireschleben, Johannes de Kerkau, milites, Fridericus de Osterborg, Advocatus in Tangermunde, famulus et quam plures alii

Digitized by Google

fide digni. Acta sunt haec in Tangermunde Anno domini incarnationis M°. CC°. LXIX°.

(Documenta ad hist. March. Brand. spectantia. Manuſcript, der Königl. Bibliothek zu Berlin gehörig.) (Auch in Gundling's Urk.-Sammlung.)

No. 15.

Anno 1270.

Dei gracia Wiardus abbas prior et conuentus monasterii sancti Godeardi in Uznum ordinis Premonstratensis. uniuersis Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit cum salutis plenitudine oracionum suffragium salutare. Transeunt in obliuionem ea que in tempore disponuntur si non documentis legitimis perenentur. Sane notum esse volumus nationibus presentibus et futuris quod illustris Princeps dominus noster Barnym Dux Slauorum nobis et nostro monasterio dedit et donacionis titulo appropriauit duas marcas denaniorum et proprietatem earundem in piscationibus villarum Nepermin et Putglaw in sempiternum libere et pacifice possidendas et hec pro restauro duarum marcarum quos in villa Zselagau jure proprietatis possidebamus. Et hac de causa nos pro nobis et nomine ecclesie nostre duarum marcarum denaniorum in villa Zellechowe redditus plene cessimus et penitus renunciamus omni juri quod habuimus in duobus marcis denaniorum ville Zellechauue prenotate. Ad cujus rei roboris certissimum firmamentum dominis ville Zellechauue dari fecimus presens instrumentum inde confectum sigillorum nostrorum munimine roboratum. testibus his adhibitis Rodolfo de Nienkerken. Oldago. Richardo de Gork. Frederico de Palude. Arnoldo de Vizen. Henrico de Zagenz. militibus. *Bertrammo de ecstede* *) Marscalco. Henrico . . . . . . et pluribus aliis fide dignis. Actum et Datum Uznum anno domini M°. CC°. LXX°. octavo idus Januarii.

(Dreger Cod. Pom. dipl. Vol. II. ungedruckt.)

---

*) Dieſer Bertram iſt in den verſchiedenen hier folgenden Urkunden vielfach verſchieden geſchrieben, bald Estade, bald stade, stadis, bald wieder Ecstide, einmal ſogar de strade.

Digitized by Google

No. 16.

Vergleich zwiſchen dem Kloſter Belbuck und dem Ritter Pribslaus.

Anno 1270.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Barnim Dei gracia Dux Cassubie et Slauorum. uniuersis et singulis fidelibus ad quos presens peruenerit scriptum. presentibus et futuris in perpetuum. Cupientes vitam istam in pace deducere et ad pacis datorem. Deum ipso largiente pertingere vitam pacificam et quietam sub nostra ditione viuentibus libenter prouidemus. Unde ex potestate nobis a domino Deo tradita monasteriis et Deo dicatis ecclesiis in suis contractibus pro sua quiete rationabiliter celebratis sic adesse volumus ne peruersorum hominum astucia querencium que sua non sunt contractus prouide celebratus infringatur atque quies religionis perturbetur. Constet igitur omnibus tam presentibus quam futuris. quod materia quedam rancoris et rixe suscitata et aliquam diumota in nostra audientia inter venerabilem virum abbatem et conuentum monasterii apostolorum Petri et Pauli in Belbog parte ex una. et strennium militem Pribslaum camerarium nostrum parte ex opposita. super dominco proprietate et possessione quarundam villarum et terminorum videlicet a medio fluuio Nifloza versus occidentem et Rega fluuius mari salso conjungitur usque ad locum qui vulgariter nominatur Dwicin ubi territorium ciuitatis Colberge terminatur. abbate allegante et docente quod predicte possessionis ville et proprietates jam dudum a nostris proavio et progenitoribus principibus ad diuini cultus augmentum suo forent monasterio in perpetuam elemosinam large liberaliterque erogate. Camerario opponente ac dicente predicta bona et possessiones ex hereditaria patrum suorum sibi successione cadere nec hereditatem sibi patrio jure debitam quouismodo debere ab alienari. Quibus eo modo diu multumque disceptantibus de nostro fauore nobilium nostrorum persuasi consiliis in hunc modum consenserunt. quod camerarius noster predicta bona. villas., terminos et possessiones statuetur abbati pro ecclesia sua competenti precio redimendam. intermediantibus ergo virorum prudentium placitis. abbas pro ipsis bonis. terminis et possessionibus nostro came-

Digitized by Google

In nomine domini amen. Henricus Dei gratia Caminensis ecclesie episcopus. Omnibus in perpetuum. Ne id quod gestum est in obliuionem deueniat. expedit super eo confici instrumentum ut geste rei qualitas ad memoriam transeat futurorum. Igitur scire volumus tam posteros quam praesentes quod nos de consensu prepositi Decani et Capituli Caminensis presertim accedente consensu honorabilis viri domini *Frederici de Egstede* tunc archidiaconi Stetinensis damus et confirmamus in hiis scriptis religiosis viris preposito priori et collegio fratrum in Gobelenhaghen jurisdictionem spiritualem in ipsa villa Gobelenhagen nec non in ecclesiis Valkenwolde Jazeniz et Lese nec non in nouo Gobelenhaghen in quo claustrum est nunc situm in quibus jus obtinent patronatus ut jura sua tanto commodius et liberius valeant exercere precipientes ecclesiarum rectoribus qui in ipsis ecclesiis pro tempore fuerint. ut preposito in Gobelenhaghen in hiis que archidiaconis competunt de consuetudine vel de jure exhibeant reuerentiam debitam et honorem. Et quia ab archidiaconatu stetinensi dicte ecclesie sunt exempte in signum exemptionis et antique subjectionis volumus ut prepositus de Gobelenhaghen ante octauam beati Martini quolibet anno duas marcas denariorum usualis monete soluat Archidiacono Stetinensi. In quo si prepositus esset negligens vel remissus damus et confirmamus in hiis scriptis archidiacono Stetinensi vi nostra et successorum nostrorum predictas ecclesias usque ad persolutionem prefate pecunie supponendi ecclesiastico interdicto. In cujus testimonium sigillum nostrum et capituli presenti scripto desuper confecto duximus apponendum. Datum Camyn anno domini M⁰. CCC⁰. X⁰. pridie idus Maji.

(Dreger Cod. dipl. Pomer. T. VI. — Manuſcript.)

Digitized by Google

No. 6.

Heinrich, Biſchof zu Cammin, ordnet das von dem Colbergſchen Decan Gottfried von Wida der Camminſchen Domkirche geſchenkte Dorf Bartin bei Colberg, zu Errichtung einer neuen Präbende, zu welcher derſelbe Gottfried zum erſten Canonicus erwählt wird.

Anno 1310.

Henricus Dei gracia Caminensis Ecclesie Episcopus. omnibus Christi fidelibus presencia visuris salutem in omnium salvatore. officii nostri pastoralis sollicitudo requirit ut diligendo decorem domus Dei cultum diuinum in omnibus quibus possumus ampliemus. Hinc est quod scire volumus tam presentes quam posteros. quod nuper dilectus nobis in Christo dominus Godfridus Decanus ecclesie Colbergensis reditus suos siue prouentus omnes quos habuit et tenuit legitime in villa Bartin justo emptionis titulo in terra nostra Colbergh sita. donauit et obtulit sponte et libere beato Johanni baptiste in Cammyn ad usus Capituli nostri in suorum et progenitorum suorum remissionem peccaminum propria in persona. et nos ejusdem ville Bartin proprietatem cum omnibus suis juribus. agris cultis et incultis. lignis. pascuis. pratis. aquis et terminis. cum omni judicio majori et minori. cum omni exactione alia. precaria et cum denariis qui dicuntur vulgariter Muntepenninghe. et cum omni seruitio rustico vel urbano. cum consensu nostri capituli donamus. transferimus et appropriamus liberam ad usus nostre ecclesie Cathedralis. nichil que juris preter communem necessitatem que dicitur Landwere nobis et nostris successoribus in ea reseruantes. Ex quibus igitur fructibus. reditibus et prouentibus omnibus ejusdem ville Bartin. quos antedictus decanus habuerat ex longo interuallo temporum. Capitulum nostre ecclesie decreuit unanimiter et concorditer augmentare numerum prebendarum et Canonicorum. unde prebendam ex eis de nouo per nos humiliter peciit instaurari. Et quia in ecclesia nostra predicta Canonicorum et prebendarum sit certus numerus et hactenus fuerit constitutus nos ipsum augere et amplificari peticionibus nostri Capituli annuere cupientes. de consilio et consensu ejusdem de nouo Canonicatum

Digitized by Google

et prebendam instituimus et addicimus numero supra notato. ipsam que autoritate ordinaria approbamus et in nomine domini confirmamus. statuentes ut ipsi canonicatus et prebenda numero Canonicatuum et prebendarum hucusque institutorum coadunata existet et persona que ab hac hora in antea canonicatum dictum et prebendam obtinuerit. in omnibus juribus. canonicatis communibus ecclesie nostre duntaxat exceptis. coadunetur et secundum gradum sui introitus tam in Capitulo quam in choro aliis canonicis equalis habeatur. Preterea de illa prebenda ad aliam prebendam majorem debet fieri ascensus sicut ibi ecclesie obtinet consuetudo. Ad hujusmodi vero prebendam per nos de nouo instauratam honorabiles viri Hildebrandus prepositus. Sifridus Decanus. Johannes Cantor. *Fredericus dictus de Egstede.* magister Conradus. Hermannus de Allenkerken. Johannes de Wacholt. Canonici ecclesie Caminensis nomine suo et nomine sui capituli dominum Gotfridum decanum Colbergensem supradictum in suum elegerunt Canonicum et confratrem sibique prebendam eandem cum omnibus suis juribus. fructibus et reditibus sicut prius habuerat. cum voce in Capitulo et stallo in choro assignantes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum cum appensione sigilli Capituli nostri literis presentibus duximus apponendum. Datum et actum Colbergh anno domini M°. CCC°. X°. feria quinta infra Epiphaniam domini.

(Dreger Cod. Dipl. Pom. T. VI.)

No. 7.

Das Capittel zu Cammin tritt dem dortigen Preposito majori das Dorf Dargebantz ab, und empfängt dafür von ihm das Dorf Garditz oder Gartz im Greiffenbergſchen Kreiſe.

Anno 1313.

Conradus Decanus et Capitulum ecclesie Caminensis omnibus Christi fidelibus salutem perpetui salutaris. Recognoscimus presentibus publice profitentes et noticie Christi fidelium presencium et futurorum cupimus publicari. Quod tocius nostri Capituli communi de consensu dedimus et transtulimus honorabili viro domino Hildebrando nostre ecclesie Majori preposito suisque successoribus

Digitized by Google

qui pro tempore fuerint. villam Darghebantze adjacentem aliis villis et bonis ipsius prepositare cum metis ejusdem et omni jure ac prouentu seu usufructu nunc infra metas ipsius existentibus euenire. quiete et pacifice possidendam. et suis prout libet ac suorum successorum usibus licite disponendum. In cujus recompensum idem dominus prepositus memoratus ecclesie et Capitulo integram decimam ville Garditz que ab antiquo prepositare fuisse dinoscitur cum omni prouentu quem inde habuit et in futurum jure decimati habere poterit. dimisit ac libere resignauit. In cujus euidens testimonium presens scriptum desuper confectum Capituli et ipsius prepositi sigillis fecimus communiri. Testes hujus sunt. Fredericus de Stalbarge thesaurarius *). Johannes de Startze Archidiaconus Stargardensis. *Fredericus de Egstede* Prepositus Colbergensis. Johannes Scolasticus. Raymarus vicedominus, et quam plures Canonici ecclesie Caminensis et alii fide digni. Datum et Actum Cammyn. anno domini Mº. CCCº. XIIIº. in crastino beati Marci Evangeliste.

(Dreger Cod. dipl. Pomer. T. VI. — Mſcpt.)

No. 8.

Woldemar, Markgraf zu Brandenburg, der dem Fürſten zu Rügen Witzlaff IV ins Land Loitz gefallen, macht, in Betreff ſeiner Prätenſion an dieſes Land, Friede mit demſelben, gegen einen Abſtand von 2000 Mark Silbers. ꝛc.

Anno 1314.

Wye Woldemer van Godes Gnaden Margreue tu Brandenborgh und Luſitz bekennen und betughen mit deſſem yeghenwordighen Breue dat Wy Uns Bericht und ſunet hebben mit Unſem Ome heren Wyzlawen von Ruyen ewelicke by eme tu bliuende, up allis weme, ane up Konig Erike von Denemorken Unſem Ome und ane uppe Margreue Jane **) von Brandenborgh unſem Schwaghere. Und hebben ghelaten von aller Thoſprake die Wy handden uppe dat Land tu Lozitz beyde in Eghendumme und in Lene, ſwat Wy dar an hadden, Hirumme ſchal Unſe Om Uns gheuen twe Duſend Marck lo-

*) i. e. Stollberg.

**) Jane i. e. Markgraf Johannes.

diges Sulvers. half tu den neghesten Lichmiſſen und half tu den neghſten Sunte Mertens Daghe De nu kumt. Dat Suluers ſchal man Uns bereden tume Gripiswolde mit Suluere edder mit Pandde, edder mit lichten Penninghen. Vyfte halue Mark vor ene *) und ſcal Uns dat beleyden vor alle die de dor Unſen Om dun und laten willen. Were det Unſe Schwagher Margreue Jan ſprecke up det Land hus odder Stat tu Loziß dat ſchole Wy unſem Ome entweren mit rechte, wordet auer Uns mit Rechte van unſes Schwaghers weghene tu broken, So ſchole Wy eme wedder gheuen Duſent Mark Suluers binnen eme haluem Jare, nha deme daghe dat it Uns mit rechte gebroken wert. Und Wy ſcolen vortmer Unſem Ome al ſins rechtis inſtan **). Die vorme Sunde ſchole Wy vordeghdinghen eres Rechtes, van Sunte Michils Daghe de nu negheſt kumpt, vort ouer Dre Jar, und dar na en ſchole Wy nymmer uns underwinden der Stad ***), edder andirs yengher ſiner Slote edder ſiner Manne de wile dat he Unſe Vient nicht en werd. Dat hir vorbeſcreuen ſteit, dat hebbe Wy Unſem Ome en truwen ghelouet mit deſſen Ridderen die hir na geſcreuen ſtan. her Hinrik und her henningh van Steghelitz. her Grifke. her heyderik van Bentz. her Diderik van Kerkow. her Hans van Exſtede †), her Ebele van Vertekow. her Rydeke de Marſcalk und her Arnt Sak. Deſſe Breue en ſcholen nicht ſchaden den anderen Breuen die Wy Unſem Ome voreghegheuen hebben Wan de ſchal man holden. Hir up hebbe Wy deſſen Bref ghegheuen myt Unſem Yngheſeghele beſeghelt. Dat is geſchehn tu Templin na Gades Bort Duſent Jar, Drehundert Jar, an deme vertcydeme Jare. Des Mandaghes na Sunte Nycolaus Daghe.

(Dreger Cod. dipl. Pomer. T. VI. — Mſcpt.)

---

*) i. e. 4½ Mark Pfennigs-Münze auf eine Mark Silbers oder 16 Loth Silbers gerechnet.

**) Er will dem Fürſten für ſein Recht einſtehen; damit ihm nicht zuviel geſchehe.

***) Stralſund lag nemlich wegen ſeiner Privilegien im Streit mit Witzlav IV und hatte den Markgrafen zum Schutzherrn angenommen, in Folge deſſen hatte dieſer Markgraf Loiz belagert.

†) In v. Raumers Codex dippl. brand. contin. ſteht Ecstede.

No. 9.

Hinrich, Biſchof zu Camin, conferirt Borchardo und Johanni, Gebrüdern von Kalant, 15 Hufen im Dorf Klein-Baſepol, mit der geſamten Hand unter ſich, zum erblichen Mannlehn.

Anno 1315.

Uniuersis Cristi fidelibus presentia visuris seu audituris, Nos Hinricus Dei gratia Caminensis ecclesie episcopus salutem in domino sempiternam. Cum ea que fiunt in tempore ne simul cum lapsu temporis defluant et a memoria hominum que est labilis expedit et perutile est ea scripti memoria perhennari, Noscant ea propter Cristi fideles presentes et futuri quoniam deliberatione prehabita sufficienti nec non de maturo et unanimi consensu nostri capituli Caminensis contulimus *Borchardo et Johanni fratribus dictis de Kalant* quindecim mansos in minori villa Bosepule *) sitos copulata manu prout in suis jacent terminis et sunt distincti cum omnibus suis utilitatibus videlicet. pascuis. lignis. aquis. agris. piscaturis et cum omni jure judicio majori et minori et cum judicio manus et colli et exemptos et liberos ab omni seruicio et ab omni precaria prefati fratres et eorum veri heredes antedictos mansos perpetuis temporibus possidebunt. Id circo jam dictis fratribus supradictam libertatem contulimus quia ipsi et ipsorum progenitores jam dictos mansos a nostris predecessoribus multis jam retroactis temporibus prefata libertate libere possederunt. Addicimus etiam quod nos neque successores nostri sepe dictos mansos ab ecclesia vendere vel alienare non debemus. In signum vero recognitionis et subjectionis sepedicti fratres et ipsorum veri heredes unam marcam Slauicalis monete nobis et nostris successoribus in Dymin in festo beati Martini annis singulis ministrabunt. Hujus rei testes sunt: Honorabiles viri dominus Hildebrandus praepositus. Conradus Decanus. Fredericus de Stalberch. Johannes de Starse. *Fredericus de Egstede.* Pruso scolasticus. Magister Conradus. Wisslaus. Reymarus de Wacholte. Magister Johannes. Johannes de Wacholte. Magister Heyso,

---

*) zwiſchen Stavenhagen und Jvenak an der Meklenburgſchen Grenze.

Cantor. canonici ecclesie nostre Caminensis. Ut autem hec acta a nobis vel a nostris successoribus inuiolata maneant. nostri et capituli ecclesie nostre Caminensis sigillorum appensione presentia confirmamus. Datum Gulsowe. anno Domini M°. CCC°. XV°. in dominica qua cantatur Oculi mei semper.

(Dreger Cod. Dipl. Pomer. T. VI. — Mſcpt.)

No. 10.

Praueſtes thor Jaſenitz Confirmation.

Verleihung und Kauf 1317.
(Confirmation 1508.)

Wy Bugſlaff vann gades gnadenn thor Stettynn pamerenn ꝛc. Bekennenn Inn diſſem Unſem Breue vor allermennichlick, de ehnn ſehn herenn edder leſenn. Wendenn in vartyden Wylandt de Hochgebarne Forſte vnnſe Vedder vnd Vorfar Herre otte, Hertoge der Wenden unnd Caſſubenn ꝛc. Inn Betrachtunge der latztenn und ewigen Dinge dar Inne dat Hegeſte als der ſelen ſalicheit tho erlangende, den werdigenn praueſt, priorn und gantze Conuent thor Jaſenitz, de tydt Regengobelenhagen, dat eldinges genennt was Tatyn, ordens unnd regulen Sunte auguſtini geheyten, etlicke eygendhum upper Ukermundeſchen Heyden, wellick gegeuen unnd voregent vann malen tho malen, Wo denne de ſulue ſyner lenen Briff, de ſick in ſynen Datums enthalt tho Stettyn In deme Jare unnſes Hern Duſent drehunderth und Seventeigen, am erſten Daghe na paſſchen, ock vann whegen eynes geſchenen Kopes, den Er Henningk von Eckſtede, Ridder, vor ſick ſyne Kyndre, ſyne Bruder Unnd etlike ander mytt de praueſte klarliken mytbringhe, ſynt ere hute geueringe diſſes Breues upper Heyden darſulueſt, Na deme Wy der Grentzen an deme orde was ere geweſen, mytt dem ytzigen praueſte, dem Werdigen unſen leuen andechtigen, Ern Arnolden unnd ſynen Conuent erſchenenn, Inn Byweſenn Unnſer Redere her nageſreuen Unnd etlike eltſeten, de grentze beſichtiget, Und als wy de nich anders noch wider erſtrecket denn, und der eickſteden, gedachten, Unſe ſelige Vedderen Hertog Otten, Jaſenitze de tydt gedann, als denn ſyn breff In ſynen Datumb, thor Clempenou In den Jarenn Gades duſent drehundert Im Acht und twintichſten Jaren

In deme achtendage vor ſunte Gregorius Dage des hiligen paueſtes ock breue der grentze haluen uth wiſe befundenn hebben Wy de myth tholaten unnd bewillinghe gemelten praueſtes unnd Conuents, ock als eynn fullenbringer Unſer Veruaringen myt der begifftingene de Veleleuer gude werke wil helpenn, Jnn werdenn beholden denn theſternn verneyet unn mytt uppe geworpenen malhigenn unn getekenden Bemen, nachenander folgende, eygentlick beſtediget, beveſtiget und confirmirt, beſtedigen, beveſtigen und confirmiren Sulike Vernigeringhe der grentz Sambt den vorberureden olden breuenn Unſer ſeligen Veddere unn der eckſteden Betrepende de grentz, effte ſe vann Worden tho Worden mytt hyrinne vortekent weren Jnn crafft und macht diſſes Unnſes Breues ane alles arch und geuerde, tho Urkunde myth unſen beneddenhengenden Jngeſegel vorſegelt unnd geuenn tho Stettynn na gades gheborth duſent viffhundert unnd Jm achteme Jaren ahm dornndaghe *) na dem ſundaghe Exaudi, Hir ahnn unnd auer ſint geueſt de geſtrengenn Werdigen und Erbarenn Werner vann der Schulenborch, Houetman unnſes Landes Stettyn, Er Johan Otte principall, Ewalt Maſſow unnſe hauemarſchalk, peter Tetzen unnſe Cantzlar.

(Alte Privilegien-, Lehn-, Will- und Leibgedings-Briefe und Verträge. Archiv zu Wollgaſt.)

No. 11.

Herzog Otto I giebt dem Kloſter zu Tatyn oder Neu-Gobelenhagen (postea Jaſenitz) einen Theil der zwiſchen Stettin und Ueckermünde belegenen großen Heide bis an Barnims-Kreuz, mit Beſchreibung der Grenzen.

Anno 1317.

In nomine domini amen. Otto Dei gratia Dux Slauorum et Cassubie dominusque in Stetyn. Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in perpetuum. Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Cristi recepturi prout in corpore gessimus siue bonum fuerit siue malum oportet igitur nos diem missionis exstreme misericordie operibus preuenire quatenus seminemus in terris quod annuente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis. Hinc est quod notum

*) Dorntag für Donnerſtag, der Tag der Dornenkrönung Chriſti.

Digitized by Google

esse cupimus tam presentibus quam futuris. Quod pio Dei metu eterni cupientes prouidere messionis semini. quia qui defecerit in semine in messe aliquatenus non gaudebit. Quamobrem preposito priori totique conuentui in nouo Gobelenhaghen quod quondam dicebatur Tatyne ordinis ac regule beati Augustini ob reuerenciam Dei omnipotentis et intemerate virginis Marie gloriose matris ejusdem nec non in remedium animarum progenitorum nostrorum videlicet domini Barnim patris nostri dilecti Ducis Stetynensis ac karissime matris nostre Mechtildis pie recordationis nec non in subsidium animarum fratrum nostrorum videlicet Bugslai et Barnym contulimus quasdam proprietates in nostra merica que in hiis terminis et infra has distinctiones continentur. Sunt igitur termini siue distinctiones proprietatis memorate videlicet a terminis siue metis merice predicte ecclesie et cujusdam honesti militis Wilhelmi dicti Trampe que terminantur ad quandam viam que currit versus Breceke a publica via que est inter Gobelenhaghen et opidum Warp et ab illis terminis eandem viam regiam directo tramite usque ad viam que transit a dicta via et vadit versus Ukermunde. illam inquam viam vetra directo tramite usque ad viam que transit per dictam viam et vadit a Stoltenborgh versus Breceke. illam viam vetra usque in viam que vadit Warp. Item ab illa via que vadit directo tramite usque ad locum siue expectantiam que vulgariter dicitur Todenbokeler *). Ulterius ab illo loco omnes metas et distinctiones memorato proprietas comprehendit que sunt inter *dominum Henninghum strenuum militem dictum de Ekstede* et dominum Nicolaum honestum militem dictum de Palude et quicquid in dictis terminis predicte proprietatis continetur seu habuimus eisdem scilicet preposito priori et conuentui in verum phlodum et legale publice donauimus ab ipsis et ab omnibus successoribus ipsorum in perpetuum feliciter et libere jure proprietario possidendum

---

*) i. e. Todtenhügel, nemlich der Ort, wo ſein Bruder, Herzog Barnim II, von Vidant Muckerwitz in der Ueckermünder Heide erſchlagen wurde. Dieſer Punkt iſt nahe am Wege belegen und ſteht hier auf einem Hügel ein Kreuz, Barnims-Kreuz genannt, und dient noch heute als Grenz-Maal zwiſchen der Jaſenitzſchen und Stolzenburgſchen Heide.

cum aduocatia et omni jure libertate utilitate usufructu. in agris cultis et incultis. pratis. pascuis. stagnis. riuulis. aquis. riuulorum decursibus. paludibus. lignis. nemoribus atque siluis et omnibus usuagiis que sunt vel fieri possunt in futuro sub eisdem distinctionibus terminis atque metis. Hujus igitur donationis testes sunt dominus Conradus Ubeke et dominus Conradus Flemingus magister nostre coquine et dominus Hermannus Silbur milites et Greseke noster cocus et quam plures alii fide digni. ne vero tam pia et rationabilis nostra donatio seu elemosinarum largitio a nobis vel a nostris aliquando irritetur successoribus in contemptum Dei omnipotentis et gloriose virginis Marie. et in detrimentum prefate ecclesie presentem jussimus conscribi paginam quam ad majoris euidentie cautelam dedimus prefato conuentui sigilli nostri munimine roboratum. Datum Stetyn anno Domini M°. CCC°. XVII°. sequente die pasche.

(Dreger Cod. Dipl. Pom. T. VI.)

No. 12.

Die von Blankenburg überlaſſen dem Kloſter Seehauſen Güter in Seelibbe.

Anno 1319.

Nos henninghus ac anselmus fratres dicti de blankenburgh tenore presentium ad cunctorum noticiam cupimus peruenire. quod omnes possessiones. iudicia. iura. obuentiones ac exilitates. quos in villa Selubbe. hactenus cognoscimur habuisse. monasterio Sehusen ex parte nostra fratrum nostrorum ac patrui nostri henningi libere ac expedite cessimus, ac presentium virtute cedimus. renunciantes omni juri quod nobis nostrisque veris heredibus in predicta villa in presenti competere poterit ut futuro. pro qua cessione nobis a predicto monasterio pro nostra voluntate est plenarie satis factum. In cujus rei evidentius argumentum nostra sigilla presentibus sunt appensa. adhibitis testibus. *domino frederico de eycstede vicedomino Caminensi*. Domino henningho de blanckenburch. dominis hynrico seniore ac iuniore de stegelitz, ac *domino Johanne de eycstede* et *dubzlao* et *ber. fratribus ejus*, et quam plurimis fide dignis. Datum et actum printzlaw.

anno domini M°. CCC°. XIX°. in die beatorum apostolorum Simonis et Jude.

(v. Ledebur Allgem. Archiv f. d. Geſchichtskunde. Band 3.)

No. 13.

(Ex originali sigillo Woldemari roborato.)

Anno 1319.

In nomine Domini Amen. Nos Waldemarus Dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio tam praesentibus quam posteris per presentis scripti seriem volumus esse notum. Quod sincero affectantes desiderio ut cultus divinus uberior et diffusior habeatur. dedimus et damus. donavimus. et per presentes literas liberaliter donamus. dilectis nostris burgensibus. Civitatis nostre Prymzlaw. videlicet Conrado. Henningo. Nicolao. et Gherardo filijs Hennirici dicti de Bysmarke. nec non Heinrico et Henningo. filijs Eykonis de Brunswigo. et ipsorum heredibus. ob honorem Jesu Christi. et beate Marie. genetricis ejus. et in remissionem nostrorum peccaminum. piamque memoriam nostrorum progenitorum. proprietatem Sex talentorum. et quinque solidorum et duorum chororum. dimidijque chori quadruplicis annone. ad altare edificatum. in Ecclesia sancti Jacobi Apostoli. dictae civitatis. atque in honorem beati Bartholomei apostoli. dedicatum. perpetuis temporibus duraturam. Que quidem sex talenta. minus duobus solidis. recipientur et tollentur in censu mansorum civitatis Primzlaw. sepe dicte. et annona predicta cum septem residuis solidis in civitate Strazeborch. etiam ex censu mansorum, Premissis siquidem est adiectum. quod senior heres dicti Heinrici de Bismark ipsum altare dum vacabit conferat una vice et senior heres Eykonis alia vice infra mensem a tempore vacationis, sacerdoti ydoneo ut scolari cupienti ad ordines promoveri. Volentes hanc collationem altaris predicti sub conditionibus predictis, perpetuo permanere. quamdiu aliquis de ipsorum exstitit parentela. Deficiente vero parentela dictorum civium; tunc senior de duobus senioribus consulum, qui tunc temporis mansint in consilio, predictum altare dum vacabit, conferat licite. ut patronus, forma vero officiandi ipsum altare, assensu cummuni hec est instituta. In se-

Digitized by Google

cunda. quarta. et sexta feria. missa debet legi pro defunctis. et haberi memoria clam ut palam omnium benefactorum. qui ad idem altare dotatum. dedicatum. seu officiandum suum pium tribuunt assensum. Die autem dominica. tertia et quarta feria. ac sabbato. legi debet talis missa. ut requisierit diei sollempnitas nisi plebanus ut gerens vicem suam. missam sibi deposceret congruentem. His quatuor diebus. tunc illam, Sacerdos offiicians idem altare. dicere debet omni contradictione cessante. Et ut premissa maneant. et eorum quodlibet temporibus perpetuis incommota persistant. Hanc literam exinde confectam, nostri sigilli robore dum jussimus communitam. Presentibus Nobili viro Gunthero Comite de Kevernberg. Johanne de Blankenborch. Droysecone, Dapiferis. Heinrico de Stegelitz, *Henningo de Ekstede.* Grifecone. Petro de Pomerania. Hassone et Wedegone ac Lodewico de Wedele, Thidico de Kercow, Anselmo de Blankenborch, Heinrico de Schenkendorppe, Conrado et Alberto de Clepzk. militibus nostris. Everardo preposito Berlinensi et H. de Luchowe Canonico Ecclesie quondam ad galathas nunc autem Lubusane Capellanis nostris alijs fide dignis. Actum et datum in Nova Angermünde Anno Dominice incarnationis Millesimo. trecentesimo. decimo nono. festo sancti Urbani: Martyris atque Pontificis.

(J. S. Seckt Verſuch einer Geſch. der Stadt Prenzlau.)

No. 14.

(Ex originali.)

Anno 1320.

In nomine domini Amen. Ea que humanis actibus rationabiliter statuuntur ideo literarum efficaci testimonio roborantur Ne motu temporis a memoria lapsa fidelium litibus viam parent et nouas suscitent questiones. Nos igitur Agnes dei gratia Marchionissa brandenburgensis et de Landesberge ac noster filius dilectus. Hinricus dei gratia Marchio brandenburgensis. Ad notitiam omnium Christi fidelium cupimus peruenire Quod relatione multorum nostrorum proborum virorum ac testimonio cognouimus papalium litterarum. Quod connuentus sanctimonialium in noua ciuitate Premslau ordinis sancti Augustini

quondam. Nunc autem sancti Benedicti iure patronatus ecclesiarum scilicet beate Marie virginis Sancti Jacobi apostoli Sancti Nycolai et Sancti Sabini eiusdem ciuitatis sinistre sit priuatus ac ecclesiis eisdem. Nos vero matura deliberatione prehabita nostrorum fidelium militum ac ciuitatum ob honorem et laudem omnipotentis dei et sue genitricis Marie omniumque sanctorum ius patronatus cum omni jure suo et appenditiis predictarum ecclesiarum in Premslau predicto conuentui ac dominabus predictis pia mente concedimus per presentes et donamus perpetuis temporibus possidendum ut eo liberius possint insistere omnium laudibus creatoris. Ne ergo huius rationabilis collationis et donationis erroris scrupulus alicui vel nostris successoribus possit suboriri, Nos Agnes predicta litteram presentem nostro sigillo iussimus muniri. Sed quia noster dilectus filius Hinricus predictus nunc pro tempore caret sigillo presentem paginam sigillis ciuitatum Premslau ac Pozewalch et testium subscriptorum rogauit et mandauit roborari. Testes vero huius donationis sunt. Dominus Hinr. de Stegelitz senior. Dom. Luderus de Scriuerstorp. Dom. Conradus de Wichmanstorp. Dom. Theodoricus de Kerkow. Dom. Hinricus de Stegeliz junior. *Dom. Dubzlaus de Eystede.* milites. Et Dom. Hinricus de Stegeliz prepositus in Jagow et Arnoldus Kolene armiger. Ac consules ciuitatum Premslau et Pozewalch et quam plurimi alii fide digni. Nos vero testes predicti omnia et singula predicta nostris sigillis presentibus appensis profitemur esse vera. Actum et datum Anno domini MCCCXX.

(J. S. Seckt Verſuch einer Geſch. d. Stadt Prenzlau.)

No. 15.

Privilegium concessum Stettin, Pyritz, Greiffenhagen, Garz und Penkun über Zoll-Freyheit in der Schwine und Peene.
Anno 1320.

In nomine domini amen. Otto Dei gratia Dux &c. nec non Wartislaus ejusdem gratia Dux &c. atque Barnim ejusdem gratia Domicellus Stetinensis &c. Universis Christi fidelibus, praesentia visuris in perpetuum, Quoniam ea quae fiunt in tempore, simul successione temporis prolabuntur, expedit Acta Principum scriptis publicis,

Digitized by Google

et testibus idoneis perhennari, Propter quod notum esse cupimus universis, quod nos cum maturo nostrorum Vasallorum Consilio, hanc gratiam et praerogativam dedimus et appropriavimus, dilectis nostris et fidelibus Consulibus ac universis Civibus, Civitatum istarum videlicet Stettin, Piritz, Grifenhagen, Gartz, et Penkun, ob meritum fidelitatis in ipsis compertum, Quod ipsi atque universi Mercatores Schwinam et Penam intrantes, et inibi moram suam facientes, et inde exeuntes, perpetuo esse liberi ab exactione et thelonio qualicunque. Etiam si nos, nostrive heredes aut Successores aliquoties invium discordaverimus, aut alij Domini nobiscum discordaverint, hoc non obstante universi ac singuli mercatores Schwinam et Penam causa suorum mercimoniorum intrantes, et inibi moram facientes, et inde exeuntes, pro nobis et omnibus nostri causa quicquam facere volentibus, perpetuo habebunt Ducatum liberum ac securum. — Item universi burgenses atque Cives praedictarum Civitatum debebunt esse liberi ab omni thelonio et exactione in omni nostro dominio atque terra quam nunc habemus, et consequi poterimus in futuro. Praeterea nos universos praenominatarum Civitatum incolas et burgenses dimittere debemus, apud omnem ipsorum justiciam, gratiam et libertatem, quam ab antiquo habuerunt, et literis suis poterunt demonstrare, Per hoc autem omnia ipsorum Privilegia priora, non erunt aliqualiter violata. In super praenominatarum Civitatum Consules ex parte nostrj promiserunt Civitatibus videlicet Prenzlow, Paſewalck et Tempelin, pro eo, quod nos universa, quae cum jam dictis Civitatibus placitavimus, quae cum literis nostris super his datis demonstrare poterunt, firmiter tenere debebimus, nosque ipsos a promissione tali solutas eripere volumus et indemnes pro eo autem quod nos et nostri Successores saepe dictis Civitatibus videlicet Stettin, Pyritz, Greifenhagen, Gartz et Penkun, omnia superius scripta et singula quae pro nobis praedictis Civitatibus Prenzlow, Paſewalck et Tempelin promiserunt, firmiter servare debebimus, Ipsis vasalli nostri quorum nomina sub sequuntur, data fide, conjuncta manu promiserunt: Ex parte nostra Ducis Ottonis hi promiserunt, Dominus Rudolphus de Moringe, Wernerus Bukeman, Hermannus

de Grapo, Parides de Wacholte, Heinricus Bruſehafer, Nicolaus de Luscou, Heinricus de Pokelent, Henningus de Schadewachte, Theodoricus de Line, Gerberdus Balke, Vicco de Hindenborch, Heinricus de Indagine, Henningus de Rammin, Henningus de Stoltenhagen, Gerardus de Liveno, *Bertramus de Eickstede,* milites, Otto de Rammin, Ludekinus et Gerardus de Elsholt, famuli, Thidekinus de Scheninge, famulus. Ex parte vero nostra Ducis Wartislai, Domini, Wedigo de Wedell, Henningus Bere, Henningus de Heidenbrake, Henningus Troje, Heinricus de Swerin, Henningus Morner, Janeke de Guntersberg, Nicolaus de Pansin, Gerardus de Bucholt, Nicolaus Heidene, Henningus de Bredendo, Henningus Borke, Eghardus de Dewitz, Henningus de Pansin, Reimer Scherff, Sigfridus Lode, Henningus Bere, de Stochowe, Henningus Mandufell, Wernerus de Femern, milites. Promiserunt autem hoc modo: quod si aliquid supra scriptorum, et Civitatibus Prentzlow, Paſewalck et Templin, infregerimus praedicti nostri Vasalli cum ipsis illud intimatum fuerit et intra quatuor Septimanas proximas tunc reformatum non fuerit, Civitates Stettin et Stargard intrabunt, Ita quod vasalli nostri videlicet Ducis Ottonis Stettin statim intrabunt, et nostri videlicet Ducis Wartislai Stargardt statim intrabunt, Inde non exituri, nisi quod fractum fuerat, reformetur. Cum autem aliquis praedictorum nostrorum promissorum obierit, Nos intra trioesimum ejus alium atque certum promissorem statuemus. Quod si non fecerimus, omnes nostri Promissores praenominati, Civitates duas praedictas, sicut dictum est, statim intrabunt, quod ipsis tamen ad quatuor Septimanas antea praedicatur, Inde non exituri, nisi in locum defuncti alius statuatur, quicunque autem in locum alicujus mortui statutus fuerit, debebit lingua et manu promittere, et literas suas dare, arbitrans se in promissionem illius mortui sub intrare, Ut autem haec a nobis et a nostris Successoribus inviolabiliter observentur, praesens scriptum inde confectum Sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Datum Anno Domini 1320. in vigilia Sancti Bartholomaei.

(Friedeborns Abſchriften von Original-Urkunden, welche die Stadt Stettin beſitzt.)

Digitized by Google

No. 16.

Herzog Otto I und ſein Sohn Barnim III vermachen und ſchenken auf gleiche Weiſe, wie ihr Vetter, Herz. Wartislav IV gethan, auf den Fall, wenn ſie ohne mäunliche Erben abgehen ſollten, ihre Lande und Leute dem Bisthum Camin, von welchem ſie ſelbige eventualiter auch zu Lehn nehmen.

Anno 1320.

Otto et Barnym Dei gracia Duces Slavorum Cassubie Pommeranie atque domini Stetinenses. omnibus Cristi fidelibus in omnium salvatore in perpetuum salutem. Progenitorum nostrorum vestigiis prout humana permittit fragilitas in hiis que ad Dei cultum spectant inherere cupientes. Matricem ecclesiam Caminensem benigni cordis intuemur oculis meditacione sollicita cogitantes. quod eandem ecclesiam nos et nostre terre populum in fide nutrientem Cristiana nostri progenitores a primeva sua plantacione dotaverunt in suorum relaxamina peccatorum eidem reverenciam debitam de tempore in tempus ut decuit exhibentes. affectione igitur innate karitatis piumoti devocione circa ecclesiam predictam. omnes terras nostras. civitates. oppida. castra. municiones et villas. cum agris cultis et colendis. nemoribus. mericis et aquis majoribus et minoribus quas versus meridionalem orientalem et aquilonarem plagam ultra Oderam et Swinam fluvios jure hereditario dinoscimur possedisse et ipsam terram Pomeranie cum toto ipsarum dominio transtulimus et per presentes transferimus damus et Deo offerimus in ejusdem ecclesie Matricis plenariam potestatem. Volentes de cetero easdem terras non in merito quam diu vivimus nomine pheodi tenere possidere et habere ab eadem et fatemur. nos jam infeodates a prelatis dicte ecclesie Caminensis terris de eisdem testamentum eciam perpetuum terras de predictis in nostrorum Caxamina conmissorum rationabiliter ordinantes prefate ecclesie concedimus presentibus et donamus. quod si absque heredibus legitimis succedente tempore fuerimus sublati earundem terrarum dominium utilitas et usufructus in toto et in parte cum omni jure et proprietate cum comitibus. baronibus. militibus. et vasallis. civitatibus. oppidis. castris. municionibus. et villis. cum omnibus suis pertinenciis. distinctionibus. metis. et

Digitized by Google

terminis. ex hac nostra donacione speciali et ordinacione testamentaria in perpetuum valitura ad ipsam sepenominatam ecclesiam prout nos possedimus libere ex mera donacione devolvatur. In quorum robur perpetuum presentes literas super hiis confectas predicte dedimus ecclesie sigillorum nostrorum muniminibus legitime roboratas. Testes sunt. Wedego de Wedele. *Henningus de Ekstede.* Anselm de Blankenborch. Hinricus Brusehaver. Theodoricus de Leyne. Hinricus de Pokelente. Hermannus de Grabowe nostri milites et vasalli et quam plures alii fide digni. Videlicet Johannes Lenzin nostre curie notarius. Ludolfus de Carow. Johannes Holsatus nostri Capellani. Datum et actum Conynghesberch anno Domini Millesimo tricentesimo Vicesimo in crastino assumptionis beate Marie virginis gloriose.

(ex matric. Cam. pag. 512.)
(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VII.)

No. 17.

Ein alter auf Pergament geſchriebener Aufſatz, was der Krieg, den die Pommerſchen Herzoge, nach Abgang der Aſcaniſchen Markgrafen, gegen Brandenburg führten, ihnen an Ranzionsgeldern der Gefangenen ꝛc. gekoſtet hat. Die Rechnung iſt von einem fürſtl. Cammermeiſter Wedego angelegt.

Anno 1321.

Expositum.

§. Anno domini M°. CCC°. XXI°. Isti sunt capti infra totam gwerram de vasallis dominorum Ducum et aliis suis sociis Dom. Wed. apud ipsum existentibus quos redemit. Primo socii illius de Wesenborch. Thilo Sagh depactavit*) pro LX. marcis argenti. cui dabatus captivus nomine Hen. Sasse qui dedit sibi ad redemptionem summam XL. marcarum argenti. alias XX. marcas solvit dominus Wedego. Item Czakarias de Saghen depactavit pro XXXII. marcis argenti. Item Paulus depactatus pro X. marcis argenti. Item Derseke pro XL. marcis argenti.

---

*) i. e. hat ſich losgekauft für 60 Mark Silbers.
(Anm. v. Dregers Hand.)

Digitized by Google

Summa c. marcar. et II. marcarũ argenti

§. Socii Thilonis de Scowen. quos dominus Wedigo *) redemit a captivitate Gheuehardus de Zinnis depactavit pro xc. marcis argenti. Hildebrandus de Slaberendorp pro XXXVI. marcis argenti = Stephanus de Lubaw pro XXXVI. marcis argenti puri = Item Gutzlaus Beme pro x. marcis argenti = Thilo de Stowen met pro c. marcis argenti = Johannes de Loebene, cui dominus Wedigo dedit captivum in redemptionem nomine Janeke Welsow. Item Albertus de Zessow pro XXXVI. marcis = Item Brunne adhuc non depactavit.

Summa ccc. marce et XXI. marcar. Argenti Brandenburgensis et XXXVI. marcar. puri argenti.

§. Hij sunt socii Vritzonis de Langenow quos dominus Wedego redemit a captivitate. primo Henning de Radow pro x. marcis. Ottonem de Langenow pro XXV. marcis argenti puri. Symon de Waldenrode pro XXV. marcis argenti. Thilo de Slewen pro XL. marcis argenti.

Summa LXXV. marcar. argenti Brandenburgensis et XXV. marcarum puri argenti.

§. Socii Johannis de Arnsberge = Jesseko de Stenz pro XXV. marcis argenti = Item Bellinge non depactatus. Item Gneweke depactavit pro c. marcis argenti et x. marcis argenti **).

Summa c. marcarum argenti cum XXXV. marcis argenti.

§. Item dominus Wedego redemit hos subsequentes = Petrum de Stenvere pro LX. marcis denar. levium = Zabellum Romere pro LX. marc. levium = Hinceken de Bredello pro XXXVI. marcis argenti puri. Meyneken pro XX. marcis argenti. Trebenowen pro IX. marcis argenti.

*) Dies iſt der fürſtl. Pomm. Kammermeiſter, der dieſe Rechnung geführt und das Ranzionsgeld ausgezahlt hat, wie weiter unten vorkommt. Vermuthlich iſt es Wedego v. Wedell geweſen, der in etlichen Dipl. dieſes Jahres vorkommt.

**) Bis hieher ſcheinen die Gefangenen von des Schleſiſchen Herzogs Henrici Kriegsleuten zu ſein, der im vorigen Jahre mit dem Pomm. Herzoge Wartislaf ein Bündniß wegen Occupation einiger Märkiſchen Diſtricte gemacht; hernach folgende Vasalli ſind der Pommerſchen Herren Lehnleute mehrentheils geweſen.

(Anmerkungen v. Dregers Hand.)

Digitized by Google

Item unum de sociis Arnoldum de Jagow pro v. marcis argenti = Item Gechelondorpe pro II. marcis argenti. = Blomenberge pro VII. talentis Brandenburgensibus = Thidericum de Hinrikestorp pro xx. marcis argenti = Hinceken Wuch pro x. marcis argenti = Beteken Buslere pro XII. marcis argenti = Paulum de Bilrebeke pro XXVII. marcis puri argenti = Roweddere pro XXVIII. marcis argenti qui habuit captivum dantem sibi ad redemptionem xx. marcarum. alias VIII. marcas solvit dominus Wedego. Anselmus de Pütte non computabitur. Conradus Boveyr depactavit pro LXX. marcis. Collene xv. marcis. ac suum captivum Vromoldum de Wotfic redemit pro LX. marcis argenti. Wernero de Sydow datus est Boone Lemmeken de Rathenow et Noppin redemit Willeken de Swaneberge = Item dominus Wedego redemit fratrem Johannis de Elsholt pro decem talentis Brandenburgensibus *) = Item duo sagittarii domini Lu. de Wedele capiebantur ante Vryen-Wald apud Oderam, quorum unus redimebatur a captivitate pro XXVIII. marcis argenti, alter pro VI. marcis argenti.

Summa in argento puro LXII. marcarum, in argento Brandenburgensi ccc. marcarum et xv. marcarum in denariis Brandēb. XVII. talentorum, In denarijs levibus c. marc.

§. Summa prima.

§. Hec est quitatio pignerum in Primzlaw in ultimo recessu **). Primo VIII. de Bredello. quorum IIIIor. cum dextrariis et quatuor cum caballis, LVI. talent. Brandēb ***). = Peterstorp VIII. talent. = ambo Wardelin

---

*) talentum Brandenburgense iſt ein Pfund Brandenburgiſcher Münzpfennige, wenn es aber heißt: argenti puri brandenburgensis, iſt es ein Pfund reinen Silbers, wiewol Letzteres eigentlich nach Marken gerechnet wird.

**) wie ſie zuletzt von Prenzlow wieder zurück gegangen, ſind die in Prenzlow gemachten Schulden und dafür verſetzte Pfänder reſp. bezahlt worden und eingelöſet.

***) i. e. die Achte vom Geſchlecht der Brederlow haben 4 bedeckte Streithengſte und 4 ſchlechtere Pferde geritten und iſt für ſie bezahlt worden an Futter, Mahl und Herberge 56 Pfund Brandenburgiſcher Pfennige.

(Anmerkungen von Dregers Hand.)

xiij*). talenta. Duo Stulpennagel. et Henningus de Scónenwerder xiiii. talenta =Sledorn vii. talenta =Gh. Dorneborch et Zabellus de Burchsow xiiii. Tal. =Crocowe iiii. tal. Thidericus de Doweren iiii. tal. Rolekino de Elsholte pro suo fratre viii tal. =Crusken et Thidericus de Lindowe ix. tal. =Henning et Ebel de Videchow ix. tal. Nicolaus de Speninge et Conradus de Gardiz xiiij. tal. Pinnow iiii. talenta =Stavenow vii. talenta, Otto de Buke xlii. talenta =Henningus filius domini Pauli Met dictus xiii. talenta. pro quibus caballus ejus est venditus valens xxv. marcarum argenti =Ebeloni de Bentz et suo fratri cum tribus sociis xx. talent. =Horker et Henninus de Haghen xi. tal. Otto de Leuenow iiij. Tal. =Jacob Crümel vj. tal. pro quibus obligavit dextrarium. Judeis dans in dampno iiii. tal. =Dominus Lodevicus Coldemanz et filius ejus. H. Roede et Jersow xvj. tal. pro quibus hospes eorum vendidit dextrarium Jersowe valentem xxx. marc. argenti =Brant sagittarius iii. tal. Johannes Wizstoc sagittarius iij. tal. =Rutze et Conradus de Lecow =Vicco Pribbezlaw xxiii. tal. pro quibus obligatus est dextrarius valens xxxvi. marcis argenti =Ottoni Huuen. Dummezlav et Hinrico de Snatow. et Barchan xvij. talenta pro quibus obligati sunt iii. equi et unus caballus de xxiiii. marcis argenti =Henningus filius domini Hinrici de Bentz vii. talenta, Ludolfus de Cratz et filius domini Hassonis de Dresen xii. tal. Hinricus de Zagenitz iii. tal. Henning de Zagenitz et Warpun vi. tal. =Wibold de Weste met tribus**), x. marcis argenti =Beteke Warborch v. Tal. Hinricus de Albea v. Tal. =Petrus de Thyrowe et Woldeke et Arow vii. talent. =Bertram de Gryphenberghe et Stephanus viii. Tal. =Nicolaus Walmow v. tal. =Jacob Bokeman v. Tal. =Wedego de Ylow ij. talent. =Vrowen et Henning sagittarii vi. tal. =H. de Cloccow v. Tal. =Arnoldo de Ylow iii. Tal. Ludovic Scaken Godeke Vehzlaw. Lud. et Henn. de Mellentin xxii. tal. =Wedegoni

---

*) Das j am Ende einer Zahl, ſoll in dieſer und der folgenden Urkunde immer ½ bedeuten. P. H.

**) met tribus i. e. ſelb dritte. (Anm. v. Pregers Hand.)

de Luthardeshusen iii. Tal. = Everard de Mellentin et Ulzen de Vrekleue ix. Tal. pro quibus obligatus est dextrarius valens xxvii. marc. argenti. = Michael de Crempsow vj. tal. Sifrid de Wedele. Trampen. Brun. Zilbur. Coneke de Beliz xi. tal. = Thode de Cemmin cum suo socio iiij. tal. = *Fredericus de Ekstede* ixj. tal. Sabellus de Drensen iiij. Tal. = Otto Warborch iiii Tal. Dominus Thidericus Bloc. Lodewicus de Haselow et Paulus de Bilrebeke xij. Tal. Hinricus de Ramin. Möringe et Gyso de Crempzow xvi. Tal. Henning et Otto de Crempsow et Eghard Dunker xij. Tal. = Johannes de Arnsberge cum suis xvii. sociis xlvj. Tal. = Vritzoni de Langenow cum xii. galeatis et xx. tribus sagittariis et Rönneren*) c. Tal. et xv. Tal. = Illi de Wesenborch cum suis sociis c. Tal. et xx. Tal. = Thiloni de Scowen cum suis sociis c. Tal. et xxx. Tal. = Arnoldo de Jagow cum suis sociis xviii. marc. argenti. Item Borchardus Dunker iii. Tal. = Janeke de Stegelitz cum suis sociis xi. Tal. = *Bertramo de Eykstede* met iibus**) cum dextrariis et duobus Rönneren xx. Tal. = Petro Velevanz Clingespore et Ambo Blomenberg sagittarii et Ronnere xi. Tal. = Hinr. Stange vi. Tal. Henningo de Mentze vij. Tal. Beteke de Doeren v. Tal. = Hanco de Helpte v. Tal. = Bringetu et Gherardus Zarow x. Tal. Johannes Pizekersdorp. Her. Dorinc et Nicolaus Pizekersdorp xi. Tal. Item scriptoribus domini Wedegonis infra totam Gwerram x. Tal. = Domino Wedegoni Kamermester viii. Tal. = Domino Trampen met secundo xii. Tal. Bertram de Wichemanstorp vi. Tal. = Nicolao et Coneke de Crempzowe xii. Tal. = Jorden et Coneke Boveyr xi. Tal. = Hen. de Sperrenwolde met secundo***) xiij. Tal. Anselmo de Putte v. Tal. = Henningho et Sander Sagh xii. Tal. = Henningo de Mellinge v. Tal. = Wolwano de Ellinge

---

*) Rönnere i. e. Lauffer, die man zum ſchleunigen Hin- und Herſchicken gebrauchte.

**) i. e. ſelb dritte, welche alle drei mit dextrariis oder mit Panzerdecken verſehene Streithengſte geweſen.

***) met secundo i. e. ſelb ander.

(Anmerkungen v. Dregers Hand.)

v. Tal. = Thiderico de Wolin met quarto xx. Tal. = Godeke Clempenow et Symon Hamer vii. Talenta. Sifrido Albo v. Tal. = Happen de Quitzow et Alberto de Damerow vi. Tal. = Collene v. Tal. Thiderico Warborch iiii. Tal. domino Peterstorpe v. Tal. Menzoni Sculten. Hinrico de Grunow. Conrado Landin et Johanni Perleberch xii. Tal. = Duobus Capehingesten v. Tal. = Engelkino de Vredenwolde v. Tal. = Busconi de Bellinge v. Tal. = Betekino de Huchsol v. Tal. = domino Gherardo de Speninc et Thiderico Weyer viii. Tal. = Henrico Vogeler v. Tal. = Hassoni filio domini Wedegonis et Nicolao Sculten xii. Tal. = Item Wedekino filio ejusdem viii. Tal. = Familie domini Wedegonis xiiii. = domino Dequeden Spisero *) v. Tal. Eghardo Holtebötele xii. marcarum levium. = Item domino Nicolao Albo v. Tal. Item Hermanno de Brüsewiz et suis sociis xx. talenta.

§. Summa secunda.

§. Item post discessum omnium istorum predictorum. dominus Wedego dimisit sex sagittarios et Rönnere. in Prinzlaw ad depactionem ultimam expignerandam manentes per x. ebdomades. consumpserunt xviii. Talenta Brandenburgensia = Infra predictum tempus unus eorum nomine Petrus Velevanz perdidit equum in expigneratione de v. tal. Brandēb. medio tempore dominus Gherardus de Speninc marscalcus et dominus Fredericus scriptor. missi a domino Wedegone im Primzlaw propter depactationem et inducias pignerum. consumpserunt ibidem ii. Tal. Brand. et eodem tempore dominus Gherardus Marscalcus jussit impignerare bona monachorum in Coryn **) in qua Reysa ***) servus domini Frederici scriptoris perdidit equum de vi. Talentis Brandēburgicis.

§. Item prima computatione facta de Gwerra. Dominus Wedego expeditus est de dampno et perditione subse-

---

*) Spiserus iſt der Speiſe= oder Proviant=Meiſter.

**) die Kloſtergüter von Chorin auszupfänden auf die reſtirenden Schazzungen.

***) Reysa oder Reiſe.

(Anmerkungen v. Pregers Hand.)

quenti. a quibusdam adhuc computando =Primo dominus Albertus de Brunko perdidit dextrarium in Zweth de LX. marcis argenti et tres equos perdidit ibidem de xv. talentis Brandeburgicis et arma de tribus tal. Brand. Item dominus Albertus obligavit equum in Gardiz pro pabulo de VI. marcis argenti =Item redemit pignera sua in Zweth pro III. Tal. Brand.

§. Item Vromoldus de Wotfic et filius suus perdiderunt dextrarium de xxxv. marcis argenti et caballum de x. marcis argenti =et arma de VI. marcis argenti. et III equos de xv. tal. Brandeb. =Item Vicco Prenzelin perdidit caballum Zweth de XVI. marcis argenti. et II equos de VIII. tal. Brand. Item Pantlosa*) ejusdem in Gardiz et in Konigesberghe VI. tal. Brand. Item Swartenholte perdidit caballum ibidem de XII. marcis argenti =Item dominus Wedego dedit Ludolfo Cratz dextrarium de xxx. marcis argenti ad huc in computatum =Item cum dominus Dux jussisset servare castrum Mezeritz**), dominus Wedego misit Hinzen Stangen et ambo Blomen, ubi Stange perdidit caballum de xxv. marcis argenti et III. equos de xv. tal. Brandeb. =item ambo Blumen perdiderunt II equos de x. Tal. Brandeb.

§. Item sagittarius domini Ludolf junioris de We.***) captus ante Vrienwold perdidit caballum de xx. marcis argenti.

§. Item Hinrichstorp sagittarius perdidit ibidem caballum de x. marcis argenti.

§. Item dominus Wedego quitavit domino Duci Wartislao ad Coryn de Anghermunde sex centas marcas levium †) et vij. marcas. Item quitavit sibi ad Crusken LXXVI. marc. argenti cum bonis Massin et Bucholt anno preterito. Item dominus Wedego defalcavit Duci predicto anno preterito de debitis antiquis m. marcas levium,

---

*) oder Pantolier oder Gehenk und was man ſonſt an dergleichen Riemenwerk über die Schultern damals getragen.

**) das Schloß Meſeritz liegt jetzt in Polen, hat aber damals zur Neumark oder dem Lande über der Oder gehört.

***) i. e. de Wedel.

†) levium scilicet denaniorum, als welche letztere subintelligiret werden.

(Anmerkungen v. Pregers Hand.)

Digitized by Google

quas dominus Dux debuisset sibi quitasse in Stargarde et non fecit. quas nunc oportet dominum Wedegonem solvere pro M. talentis. Item dominus Wedego defalcavit eidem Duci eodem tempore cccc. marcas levium, quos debuisset sibi quitasse in Gripeswald et non fecit. Item dominus Wedego quitavit domino Duci Wartislao ad Henningum de Wenden et Michaelem de Cratz cc. tal. Brand. pro quibus ipsis dimisit villam Slonowe.

Item domini Duces tenebantur domino Henningo de Brederlow cccc. marc. et VII. marc. arg. quas dominus Wedego sibi solvit cum precaria villarum Stresow et Thomenstorp preter LXII. marcas argenti, quas solvit sibi dominus Wedego cum propriis bonis certam precariam sibi obligatam pro eo ut sibi bona illorum de Marwiz disbrigarentur a dominis. que disbrigata non sunt. si earum predicta precaria sibi obligata. et etiam bonis.

§. Summa tertia et ultima exposita ex parte Ducum amborum *).

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VII.)

---

*) Ob die Worte: Ducum amborum auf Herzog Otto I oder Wartislav IV zu Stettin und Wolgaſt allein, oder auf Herzog Wartislav IV und den Schleſiſchen Herzog zu Fürſtenberg, Heinrich, allein gehen, als welche beide Letztere im vorigen Jahre ſich deshalb verbündet, ſteht dahin, wenn man nach den hierin benannten Vaſallen urtheilen ſoll, ſo findet man darunter Schleſier, auch ſowol Ottos als Wartislafs Lehnleute. Wiewol ich glaube, daß Herzog Otto unfehlbar Theil an dieſem Kriege gehabt, wenn er demſelben gleich nicht perſönlich beigewohnt hat, die Vereinigung wegen Zuſammenſetzung beider Hofhaltungen, ſo Herzog Otto mit ſeinem Vetter Wartislav in dieſem Jahr gemacht, und worin beide eroberte Lande, ſowohl das Ukerland als die Neumark oder das Land über der Oder, in gemeinſchaftlichen Genuß geſetzt, thun dar, daß beide Stettiniſche Herren an der Eroberung Theil gehabt.

(Anm. v. Dregers Hand.)

No. 18.

Ein alter Aufſatz, was die Pommerſchen Herzoge denjenigen Vaſallen und Prenzlowſchen Bürgern, die in dem damaligen Kriege wegen der Ukermark Schaden genommen, an Landgütern zur Vergütigung gegeben haben.

Anno 1321.

Nota. ista sunt data vasallis dominorum Ducum et Burgensibus in Premzlow prima depactione *) in restaurum Suorum bonorum et dampni.

Primo villa Schenkenberghe cum LXVI. mansis data fuit domino Anselmo de Blankenborch pro suis bonis.

Nos Fredericus Dei gratia Caminensis ecclesie Episcopus. Recognoscimus et presentibus protestamur quod vidimus et diligenter examinavimus literas pie recordationis Hinrici predecessoris nostri quibus testificabatur Quod cum in parrochia in Warpa Nicolaus, Miles, et Bernardus fratres dicti de Palude*) de consensu Dominici tunc plebani ibidem in villis Lukow et Riete filias de matrice ecclesia in Warpe fundarunt in ipsis filiabus plebano qui pro tempore in Warpe fuerit reservati fuerant XXIIII°. solidorum reditus qui predicto plebano in Warpe per antedictos plebanos predictarum villarum scilicet Lucow et Riete persolvi debent in quolibet festo sancti Martini perpetuis temporibus sub pena interdicti rationabiliter et perfecte. Verum cum propter vetustatem cere videbatur velle perire litere recognitionis super prefata reservatione confecte. Nos ad instantiam religiosi Viri domini Alberti rectoris ibidem has literas sibi innovavimus et prefatos reditus sibi et successoribus suis in prefatis villis et predictis reservamus confirmantes nichilominus et ratam habentes collationem cura factam dictum Domino Alberto de prefata ecclesia in Warpe per bone memorie Conradum predecessorum nostrum a cujus ecclesie regimine ipsum temporibus vite sue amoveri nolumus nisi ipsam velit motu proprio resignare. in cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Stetyn anno Domini M°. CCC°. XXXI°. in crastino beate Marie Magdalene.

(ex matric. Pudugla. pag. 139.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VIII.)

---

*) v. Bröker.

No. 39.

Confirmation der Schenkung Herz. Barnims an die Stadt Camin durch Biſchof Friedrich von Camin.

Anno 1331.

Nos *Fredericus* *) Dei gratia Episcopus Ecclesiae Caminensis, Barnim de Werle Praepositus, Capitulumque Ecclesiae memoratae, recognoscimus per praesentes, quod Illustrissimi Principis Dni. Barnimi piae recordationis fundationes et donationes quibus Civitatem Cammin fundaverat et proprietatibus et Donationibus limitaverat, vidimus et cognovimus in haec verba:

Barnym Dei gracia, Dux Slavorum omnibus in perpetuum. Quoniam ex continua revolutione primi mobilis quae sub solis et Lunae Corporibus continentur, secundum varietatem temporum alternantur in omnibus et mutantur, necessarium esse discernimus et oportunum, ut Acta Principum, quae de Generatione in generationem procedere debent sub perpetuo robore. Duratura scriptis authenticis et testibus idoneis a deo roborentur et firmentur, ut malitiae versutorum malignandi via et occasio penitus praecludatur. Hinc est quod notum esse volumus tam Nationibus praesentibus, quam futuris, quod nos dilectis nobis Consulibus et Burgensibus de Cammin ipsam Civitatem nostrum Cammin de consilio discretorum Vasallorum nostrorum jure teutonico dedimus possidendam. Ut autem praedicta Civitas nostra cum possessione Teutonicorum melius recipiat incrementum, addidimus et dedimus jam dictae Civitati nostrae Cammin et Burgensibus in ea manentibus quadraginta Mansos, qui ad eandem Civitatem Slavorum tempore pertinebant, et campum villae quae vocatur Jazick, cum suis terminis et attinentiis ab omne liberos pensione. Insuper dictae Civitati nostrae dedimus sexaginta Mansos plenarie sine paludibus vel aquis mensurandos, ubicunque ipsos circa suos terminos pecunia poterunt comparare. Dedimus insuper eidem Civitati nostrae Cammin et Burgensibus Sylvam, quae vocatur Zostam et prata et pascua, cum omni usufructu

*) v. Eickſtedt.

quae jacent inter Swanthust et Diwenowa et salsum mare et stagnum Camminense. Et in eodem stagno, quod appellatur stagnum Camminense dedimus eisdem Burgensibus Civitatem nostram Cammin inhabitantibus plenam libertatem et facultatem piscandi et pisces capiendi cum minoribus retibus qualibuscunque et caeteris instrumentis valentibus ad piscandum, excepta Sagena, quam eisdem non licentavimus. Donavimus eidem Civitati nostrae Cammin et Burgensibus in ea habitantibus Jus lubecense, ut iidem se habeant et regant et jura sua et judicia exerceant et judicent secundum formam et statuta Civitatis juris Lubecensis at iidem Burgenses Civitatis nostrae Cammin cum opus habuerint in civitate nostra Gripeswald sua jura afferant et requirant. Et iidem Burgenses nostri Camminenses liberi et exempti erunt a solutione Thelonii et Ungheldi per totam terram nostram, sicut sunt liberi caeteri Burgenses, qui in terra nostra et nostris Civitatibus commorantur. Dedimus insuper libertatem antea datam omnibus de novo intrantibus ex speciali gratia trium annorum plenariam libertatem. Insuper promisimus Burgensibus Camminensibus, quod velimus Civitatem Cammin munire et firmare cum plancis et nihil eisdem promissi fecimus de fossato. Pontem qui transit stagnum versus villam, quae vocatur Jazik, liberum esse statuimus a Thelonio et a qualibet alia pensione. Dedimus etiam eisdem Burgensibus nostris Camminensibus liberam potestatem incedendi et secandi ligna in terra Camminensi, et apud Oderam et circa Oderam et Regelyzam et circa mare recens ad aedificia construenda et ad comburendum ubi ipsis placuerit et visum fuerit expedire. Si vero Cives vel quidam de Civibus Caminensibus in captura Allec in salso mari suis retibus vel instrumentis pisces vel allecia capere voluerint, quantum ad terram Camminensem pertinet, eorum remos vel retia ab omni solutione quae nobis vel nostris debetur ea libera judicamus. Cum alii extra nostrum Dominium commorantes ad Civitatem Cammin cum suis vel pro suis Mercimoniis causa emendi vel vendendi venerint, thelonium prout in Ci-

Digitized by Google

vitate nostra Gripeswald statutum est, et ibi recipitur, nobis solvent. Ut autem haec omnia firma et inconcussa et inviolabilia in perpetuo perseverent, Burgensibus nostris Camminensibus praesens Instrumentum in testimonium dari fecimus, sigilli nostri munimine roboratum. Testes hujus rei sunt Conradus Praepositus stettinensis, Henricus Ursus, Conradus de Mosow, Johannes Ramele, Johannes de Brelin, Fredericus de Hindenborch, Hermannus Hackenbeke, David, Henricus Lupus, Otto de Lo, Fredericus de Palude, et frater suus Hermannus de Palude, Johannes Vulpes, Fredericus Vulpes, Bernhardus de Heidebreke, Johannes Scolentin, Willekinus Stoltevoth, milites, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Dymin anno Domini M°. CC°. septuagesimo quarto. nonas Januarij.

Nos igitur dictae Civitatis nostrae Cammin Consulibus et Burgensibus nobis in Christo dilectis, volentes potius in omni eorum justicia prodesse, quam obesse, omnes donationes, appropriationes et libertates superius expressas confirmamus, ratificamus et quantum in nobis est, et praesentibus approbamus. In cujus ratificationis et confirmationis testimonium sigilla nostra praesentibus duximus appendenda. Testes hujus sunt, Wernerus de Vemen et Swantus de Steven, Pribbeslaf de Tribbetow, milites, Henneke et Theodoricus fratres dicti Warnow, Henricus Zwanti, Conradus de Reno, Knud et Nicolaus de Zwenze, fratres, Ludekinus Pomeranus et ipsius filius Ludekinus, Dubezlaf et Dargezlaf fratres de Krethlow, famuli ac alii plures fide digni. Actum et datum Cammin Anno Domini M°. CCC°. tricesimo primo. ipso Die nativitatis Johannis Baptistae.

(Gundling Urkunden-Samml. T. III. ms. boruss. Vol. 531. der K. Bibl. zu Berlin gehörig.)

No. 40.

Herzog Barnim confirmirt die Stralſundſchen Privilegien.

Anno 1331.

In dem Nahmen der Heiligen ungeſcheiden dreifoldicheidt, Amen. Wy Barnim van der Gnade Gottes zu Stetin der Po-

mere der Wende der Caßüben hertog ꝛc. Bekennen apenbahr und tugen in dißer ſchrifft dat wi mit beredenem Mode unſes und unſer Rahtgeuer und angeſehen hebben manigerlei dienſte truve und ſtedicheidt, de uße leuen truwe, unſe Rahtlude und unſere Borgere der ſtadt thon ſtralſunde uſer Duke bewiſet hebben und noch uns bewiſen ſcholen und mögenn und unſer Erfnehmen, alß det wi gegonnet hebben unſer underſaten und inwonern de dar beſeten ſind in unſern landen to demmin und tho Großwin und andern weſe ſindt, und anders alle der de deſulue ſtrate ſöken willen ſe ſindt geſte edder weſe ſint dat ſe mögen ſöken und ſchölen ſöken mit korne edder mit anderm gode, wenn dat ſy mit Wagen edder mit andern dingen der Market tho ußer vorbenomeden ſtadt tho dem ſtralſunde tho lande unde tho water fry wo ſe willen und mögen und dat ſe nemandt daran wehren edder daran hindern ſchal, we ſe bauen uſer bott daran hinderte, de ſchal vellen in uſe ungnade und unßer Erffnamen, und dat ſchöle wi helpen kehren mit uſen Mannen, und mit hulpe uſer Ratlude und üſer gemenen invoner uſer Stadt, und wy beſtedigen ock und meinen alle de breue de ſe von unſen Oldern und vorfharen gehatt hebben und noch hebben, mit uſer rechten witſchop dat alle diſſe vorbenömden ſtükke und articul ſtete gantz vaſt und untobraken bliuen uud ein itlik beſonder, So hebben wi diſſen breff laten veſten mit dar anhenginge uſes ingeſegelß, dat an deſſen breff gehengen iß, de gegeuen iß tho Stettin, na Gades bort druttein hundert jar, darna in deme ein und druttigſten jare in dem Auend unſes hern hemmelfart, tuge deſſer dinge ſint, Dubbezlaw von Eikſtett, her Wedige van der Oſten, uſe voget tho Demmin, her Werner von Jerinſcher *), hardeloff Buditzow, Ritter, Ditliff von der Eikhorſt uſe Marſchalk, her Wolter von Guntersberg Archidiacon tho Demmin, uſe auerſte Schriuer, und ander vele guede lude de wol erenwerdig ſin.

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VIII.)

---

*) ſoll wol Schwerin heißen.

Digitized by Google

No. 41.

Herzog Otto u. Barnim, als Schiedsrichter, ſtiften zwiſchen Biſchof Friedrich (v. Eickſtedt) und Ludolph v. Maſſow einen Vergleich.

Anno 1331.

Nos Otto et Barnym Dei gracia &c. Duces dominique in Stetin recognoscimus protestando publice per presentes. Quod cum venerabilis in Cristo pater ac dominus dominus noster Fredericus Caminensis Ecclesie Episcopus nomine suo et sui Capituli ex una et Ludolfus de Massow miles junior nomine suo et suorum amicorum parte ex altera super omni dissencionis materia inter utrosque huc usque habita in nos tanquam in arbitratores seu amicabiles compositores deliberato animo compromiserunt promittentes et volentes pronunciationi nostre ratihabitionis titulo obedire et parere utrobique. Nos igitur discretorum nostrorum et fidelium ac aliorum discretorum usi consilio in eum qui sequitur modum pronunciavimus et pronunciamus in hiis scriptis videlicet. quod dictus Dominus noster Caminensis ecclesie Episcopus suo et sui Capituli nomine dicto Ludolfo et suis amicis debet esse favorabilis Dominus et ipsos in omnibus suis justis causis et negociis defendere et fovere juxta posse ac ipsum Ludolfum de suis bonis infeodare que de jure habere debet de ecclesia predicta Caminensi et viceversa idem Ludolfus prefato Domino Episcopo et suo Capitulo facere debet in quo fidelis vasallus suo vero Domino est astrictus. Cetera vero que in literis utrorumque hinc inde super hujusmodi ipsorum compositione datis conscripta sunt inviolabiliter observare debent parte ex utraque. Si vero pretactus Ludolfus in aliquibus hiis vel in aliquo rebellis inuentus fuerit aut transgressor ex tunc prelibato Episcopo et suo Capitulo cooperari debemus in quantum possumus et eidem Ludolfo et suis amicis si opus fuerit viceversa. In cujus testimonium nostra sigilla presenti litere sunt appensa presentibus honorabilibus viris dominis videlicet. Nobili viro domino Barnym de Werla preposito Woltero. de Güntersberg Diminensi ac Magistro Conrado dicto Schüver Werbernensium districtuum archidiaconibus et Canonicis ecclesie Caminensis Johanne Lensin Johanne

de Swanenbeke Canonicis ecclesie Stetinensis *Hinrico* et *Dubbeslao militibus de Egstede* Wedegone de Osten milite et quam pluribus aliis ſide dignis. Actum et datum Stetin anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo primo Sabbato ante diem beati martini Episcopi et Confessoris.

(matric. Caminensis T. XVI. p. 583.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VIII.)

No. 42.

Biſchof Friedrich (v. Eickſtedt) und Barnym, Propſt des Caminer Capittels, verkaufen zu einer Vicarie 3 Laſt Salz aus dem Kothen der 9 Pfannen, jenſeit der Perſante gelegen.

Anno 1332.

In nomine Domini Amen. Fredericus Dei gracia Episcopus, Barnym Prepositus, totumque Capitulum ecclesie Camynensis universis ad quos presencia pervenerint Salutem in domino sempiternam. Ne quod rite geritur oblivione vel malicia depereat sagaciter adinuentum est scripture remedium ut quod alias est labile per scripturam auctenticam perhennetur. Hinc est quod constare volumus lucide tam presentibus quam futuris quod justo vendicionis titulo vendidimus honorabili viro Magistro Hinrico de Parchym Colbergensis ecclesie custodi ac ipsi ecclesie tres lastas salis singulis annis tollendas de cotis siue locis sartaginum novem sitis trans Persantem flumen versus flumen Regam ad manum sinistram a posteriori parte per ordinem que pro nunc habentur et possidentur a relicta Heydekini Stenhus Gartritte de Lubeke Horn Wieboldi Detmaro Dobelsteen Hermanno Boydynch relicta Wilbrandi de Belgarde Hinrico Ghimelin Hermanno Cytterpenninch et parvo Bertoldo ad fundandam vicariam perpetuam in ecclesia Colbergensi predicta cum omni jure proprietate et libertate prout ad nos hactenus pertinuerunt pro sexaginta marcis puri argenti nobis ponderatis et pagatis ac in evidentem utilitatem ecclesie nostre conuersis abdicantes a nobis per presentes quidquid juris nobis compecierat in cotis et sartaginibus predictis omne jus nostrum tollendi transferimus in dictum Magistrum Hinricum custodem et ecclesiam supradictam. In cujus rei testimonium nostrum et prefati capituli nostri sigilla pre-

Digitized by Google

sentibus sunt appensa. Testes hujus sunt *domini nostri Fredericus de Eycstede.* Wyzlaus. Fredericus de Steghelitz Cantor. Conradus de Nyghenkerken. Christianus de Dolle vicedominus Cifridus scolasticus. Rodolfus thesaurarius et Johannes Bolentyn Canonici ecclesie nostre predicte. Datum Colbergh per manus Conradi Scüver notarii nostri et ecclesie nostre Canonici anno Domini Millesimo CCC°. XXXII°. nono Kalend. Martii.

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VIII.)

No. 43.

Heyno Wacholt leihet dem Biſchof Friedrich (v. Eickſtedt) 1000 Mark.

Anno 1332.

Nos Heyno de Wacholte famulus, universis et singulis presencia visuris vel audituris volumus esse notum. Quod honorabilis viri *Domini Fredericus de Eckstede, prepositus Uznamensis in ecclesia Caminensi,* et Rodolfus de Scorlubbe thesaurarius ecclesie ejusdem nomine Capituli ipsius ecclesie dimidietatem ville Lensin. nobis a venerabili in Cristo patre et domino domino *Frederico Episcopo Caminensis* ecclesie predicte pro redemptione Castri Gültzow pro mille marcis denaniorum in pignus obligate redimerunt a nobis pro quingentis marcis denaniorum qua pecunia nobis numerata et presentata renunciamus omni juri quod nobis competere poterat in dimidietate dicte ville Lensin vel posset in futurum et omnibus attinenciis ville ejusdem quantum ad dimidietatem sic redemptam et presentibus renunciamus. Nolentes dictum Capitulum vel quamcunque nomine ipsorum de cetero in dimidietate ipsius ville et ejus attinenciis quibuslibet aliquatenus impedire per nos vel aliquem, nomine nostro vel nostrorum heredum successorum. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Testes sunt premissorum dominus Reymarus de Wacholt miles. Rodolfus de Nigenkerken famulus. Laurentius et Albertus pro Consules in Treptow. Beuenhusen. Ernestinus Gherardus. Rustow. Rademarnus et Jordanus Consules ibidem et plures alii fide digni. Datum et Actum anno Domini mil-

Digitized by Google

lesimo trecentesimo triccsimo secundo in Treptow feria tertia festi Pentecostes.

(matric. Camin. T. XVI. p. 366.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VIII.)

No. 44.

Vereinigung der Herzogin Eliſabeth und ihrer Söhne mit Biſchof Friedrich (v. Eickſtedt) zum gegenſeitigen Beiſtand.

Anno 1334.

Elisabeth Dei gracia Ducissa, Bugislaus, Barnym et Wartislaus eadem gracia ejusdem Dominus filii et fratres Duces Stetinenses &c. omnibus Cristi fidelibus ad quorum notitiam presentes litere pervenerint salutem in eo qui est omnium vera salus Progenitorum nostrorum vestigiis inherere cupientes qui ut relatu antiquorum nostrorum vasallorum percepimus et personaliter vidimus et experti sumus cum dominis terrarum et precipue cum venerabilibus in Cristo patribus quondam Caminensis ecclesie Episcopis summa diligencia curaverint concordare ad presens cum venerabili in Cristo patre domino Frederico Episcopo Caminensi et ejus ecclesia propter bonum pacis et concordie mutuo nutriende maturo consilio nostrorum consiliariorum et vasallorum prehabito pro nobis nostris subdictis universas curavimus ligas et confederaciones antiquas ab eorum predecessoribus et nostris progenitoribus observatas renovare et in scriptis sub certis articulis explicare videlicet quo eidem domino Episcopo sueque ecclesie teneamus et debeamus esse adjuti in omnibus ipsius Episcopi et ecclesie justis causis contra quoscunque in justicia vel amore contentari volentes illustri Principe Domino Ludowico Marchione Brandenburgensi nostro avunculo karissimo duntaxat excepto intra terras nostras cum toto nostro posse extra vero terras nostras cum sexaginta viris galeatis et in armis expeditis sub ipsius scilicet Episcopi et ecclesie sumptibus et expensis sed sub nostris perdicionibus atque dampnis. Item omnes nostre municiones civitates et castra ipsi Episcopo et ecclesie debent patere intrandum et exeundum cum suis locis et temporibus oportunis. Item dicti domini Episcopi et ecclesie sue vasallos et homines proscriptos vel alios notari culpabiles

non debemus ad nostram defensionem recipere nec eos in nostro dominio seu districtu contra domini Episcopi ejusque ecclesie voluntatem confouere nisi quantum in placitis amicabilibus ab Episcopo et ejus ecclesia poterimus optinere. Preterea si aliquis nostrorum vasallorum vel hominum contra dominum Episcopum ejusque ecclesiam aut vasallos seu homines eorundem excessum habuerit Nos requisiti a domino Episcopo vel ejus ecclesia movebimus et inducemus nostros ut se componant cum eisdem jure vel amore infra duos menses a tempore requisicionis continue numerandos alioquin dicto tempore elapso cum predicto domino Episcopo et ejus ecclesia armata manu contra ipsos procedemus. Item quibus securitatem aut conductum dictus dominus Episcopus vel ecclesia prestiterit eos ex tunc conductos aut securatos habebimus in terra nostra dummodo id in tempore presciamus ut pericula evitentur. Ceterum dictus dominus Episcopus aut ejus ecclesia nullam unionem vel confederacionem cum aliquo eciam quorumque post hanc diem faciet nisi de nostro consilio fecerit et consensu ut autem hec nostra unio et confederacio firma et inconvulsa permaneat presens scriptum desuper confectum nostro et karissimi nostri primogeniti sigillo roboratum domino Episcopo antedicto ejusque ecclesie dedimus antedicte. Datum in nova Treptow et actum ibidem anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto, feria secunda post Lucie Virginis gloriose.

(matric. Camin. T. XVI. p. 528.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VIII.)

No. 45.

Unio Episcopi Caminensis cum Lodouico Marchione.

Anno 1334.

Fridericus *) dei gratia Caminensis ecclesie Episcopus singulis et uniuersis ad quos presentes deuenerint salutem et notitiam subscriptorum. Inter magnates principes et dominos quorum districtus sunt contigui et dominia

---

*) ab Eickstedt.

Digitized by Google

sunt connexa, ob id quod unus alterius suffultus adjutorio eo cautius suorum emulorum et ipsum contra debitum inuadentium inuasionibus resistere valeat temeritatesque subditorum rebellium eo possit decentius refrenare confederationes et ligas fieri credimus conuenire et summopere profuturas. Pretendentes siquidem ea et ex hujus nobis districtibusque ecclesie nostre honorem et utilitatem deriuari et commodum multipliciter resilire. Cum illustri ac magnifico principe Domino Ludouico Marchione Brandenb. domino nostro karissimo compromissum ligas et confederationes iniuimus et presentibus inimus temporibus quibus nos Episcopatui predicto prefuerimus sine suggestione doli cujuslibet perpetuo duraturas. Sic quod nos ecclesiastique nostri sibi volumus tenemus et debemus pro ipsius juribus contra omnem hominem cujuscunque conditionis exstiterit jure contentari nolentem, sanctissimo in Christo patri ac Domino Johanni sacre et uniuersalis ecclesie summo Pontifici et ipsa sacra Romana ecclesia dumtaxat exceptis nostris consiliis auxiliis et juuaminibus toties quoties sibi necesse fuerit nosque requisierit fideliter suffragari. Quod et nobis ab ipso sub uniuersis modis et conditionibus ut premittitur volumus responderi. In cujus rei testimonium Presentes conscribi sigillique nostri appensi munimine jussimus communiri. Datum Templin anno domini M°. CCC°. XXXIV°. in vigilia B. Elizabeth.

(Gercken Cod. Dipl. Brandenb.)

No. 46.

Vereinigung des Markgrafen Ludwig und des Biſchof Friedrich (v. Eickſtedt) zu gegenſeitigem Beiſtand gegen innere und äußere Feinde.

Anno 1334.

Ludewicus Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio comes Palatinus Reni Dux Bavarie sacrique Romani imperii archicamerarius singulis et universis ad quos presentes litere devenerint salutem et noticiam subscriptorum. Inter magnates principes et dominos quorum districtus sunt contigui et dominia sunt connexa ob id quod unus alterius suffultus adjutorio eo caucius suorum

emulorum et ipsum contra debitum invadencium invasionibus resistere valeat civitatesque subditorum rebellium eo quod possit decentius refrenare confederaciones et ligas fieri convenire credimus et summopere profuturas. pretendentes siquidem ea et ex hujusmodi nobis districtibus nostris honorem utilitatem derivari et commoda multipliciter resilire cum venerabili in Cristo patre domino domino *Frederico de Eygstede* caminensis ecclesie Fpiscopo amico et secretario nostro dilecto et cum ipsa ecclesia predicta compromissum ligas et confederationes inivimus et presentibus inimus temporibus quibus idem dominus Fredericus eidem Episcopatui prefuerit sine suggestione cujuslibet et doli perpetuo duraturas sic quod nos sibi sueque ecclesie predicte volumus tenemus et debemus pro ipsius juribus contra omnem hominem cujuscunque conditionis extiterit jure contentari volentem. invictissimo domino domino Ludewico Romano imperatore domino et progenitore nostro karissimo sacroque romano imperio duntaxat exceptis nostris consiliis auxiliis juvaminibus tociens quociens sibi necesse fuerit nosque requisierit fideliter suffragari. Quod et nobis ab ipso ecclesiaque sua predicta sub universis modis et conditionibus ut promittitur e converso volumus responderi. In cujus rei testimonium presentes conscribi sigillique nostri appensi munimine jussimus communiri. Datum Templin anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto in vigilia sancte Elisabeth.

(matric. Camin. T. XVI. pag. 532.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VIII.)

No. 47.

Biſchof Friedrich (v. Eickſtedt) confirmirt dem Vicedomino Bernhard Beren ſein Vicedominat ꝛc.

Anno 1334.

Fredericus Dei gracia Caminensis ecclesie Episcopus honorabili viro Bernhardo Beren vicedomino Caminensi ejusque successoribus Canonice substituendis quociens a nobis quod justum est petitur exaudiri tam vigor equitatis quam ordo racionis id exposcit. Qua propter tuis justis peticionibus benigne annuimus et vicedominatum quem

Digitized by Google

canonice es consecutus tibi confirmamus Te tuosque successores per nos nostrosque successores canonice tibi substituendos ad omne jus quod tibi tuisque successoribus ex officio vicedominatus aut ejus dignitate de jure debetur restituimus et assignamus et presentis scripti privilegio communimus Ita ut cum dictum vicedominatum deinceps vacare contigerit nos nostrique successores persone ydonee de gremio nostre Caminensis ecclesie fixum et majorem prebendum habenti et in Capitulo existenti. modo Canonico et tempore debito conferimus. Preterea quecunque bona quascunque possessiones idem vicedominatus inpresenciarum juste ac pacifice possidet aut in futurum quomodolibet justo titulo possidebit firma tibi tuisque successoribus et illibata persistant in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis videlicet villam Letenin in terra Piritzensi cum in jure patronatus ecclesie ibidem omnique ejus jurisdictione temporali agris pascuis pratis silvis molendinis rivis infra terminos dicte ville constitutis decimis ac reditibus infeudatis aut non infeudatis serviciis ibidem ac omagiis et servitutibus quibuscumque insuper jus patronatus ecclesie in villa Breske. que sicut filia sue matrici ecclesie in Letenin dinoscitur adherere cum quatuor mansis media et decima minuta ville Briszke memorate. Item XIII choros quadruplicis annone in villa Cüssin videlicet tritici siliginis ordei et hauene pro quibus tibi et tuis successoribus solventur viginti quatuor talenta monete usualis et sex choros ejusdem annone in villa Wotuick in predicta terra Piritz valentes XI talenta similiter monete usualis tibi tuisque successoribus annis singulis in annuis reditibus exsolvendos. Ceterum sic de consensu capituli ecclesie nostre est ordinatum quod officium dicti vicedomini est in ecclesia nostra predicta sive dignitas officium vel personatus nominetur. videlicet quod ipso Episcopo absente excommunicato capto vel mortuo se de regimine rerum temporalium intromittat dummodo a Capitulo ad id ydoneus deputatur nulli igitur omnino hominum liceat presentem paginam nostre confirmationis restitutionis assignacionis adjectionis per nos facte et presentis scripti communicionem infringere aut contraire aliquo ausu temerario Si quis autem infringere aut contraire presumpserit indignacionem omnipotentis

Digitized by Google

Dei beatique Johannis baptiste et nostram se noverit incursurum. Datum Camyn anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto XVI°. Kalendas Augusti pontificatus nostri anno quarto presentibus Conrado preposito. Johanne Decano. Conrado de Nigenkerken. *Frederico de Ekstede.* Frederico de Steghelitz. Hinrico de Kerkow et quam pluribus aliis fide dignis nostris et predicti nostri Capituli consencientis sub sigillis.

(matric. Cam. T. XVI. p. 777.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VIII.)

No. 48.

Der Herzogin Eliſabeth und ihrer Kinder Verein mit Biſchof Friedrich (v. Eickſtedt) zur Vertheidigung.

Anno 1335.

Elisabeth Dei gracia Ducissa Stetinensis &c. ac Bugislaus ejus filius Dei gracia Dux &c. cum suis fratribus Barnym et Wartislav omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in eo qui est omnium vera salus. Vestigiis nostri dilecti mariti et patris quondam Wartislai Ducis tituli predicti suique patris Bugslai ac aliorum Ducum Stetinensium nostrorum predecessorum recordacionis felicis qui ecclesiam Caminensem fundaverunt et caritate promoverunt inherere cupientes presentibus lucide protestamur quod propter bonum pacis et concordie mutuo nutriende cum honorabilibus viris Conrado preposito, Johanne Decano, totoque Capitulo ecclesie Caminensis deliberatione matura et sufficiente cum nostris consiliariis prehabita ac precipue cum venerabili in Cristo patre domino Frederico (v. Eickstedt) ejusdem ecclesie Episcopo nostro de eorundem prelatorum et Canonicorum consensu federato inivimus et presentibus inimus confederaciones et ligas promittentes eis et eorum ecclesie omnem fidelitatem et honorem nullo unquam tempore volentes scire eorum malum vel operari sed ubicumque poterimus rebus et corporibus eorum bonum procurare et eorum malum per nos et nostros requisiti impedire volumusque ipsis esse adjuti cum toto nostro posse contra quoscunque excepto Marchione nolentes in justicia vel amore seu equitate contentari Privilegia eciam nostro-

Digitized by Google

rum progenitorum ipsius ecclesie in qua carissimus noster maritus et pater est sepultus que de jure et equitate sunt servanda volumus et promittimus dictis prelatis et Canonicis nec non ipsi Capitulo inviolabiliter observare in quorum evidenciam omnium pleniorem presens scriptum inde confectum ex certa nostra sciencia sigillis nostris jussimus roborari. Testes sunt nobiles vir Johannes comes de Gutzekow, Henninghus Borko, Andreas de Litsowe, Sifridus Lode milites. Arnoldus de Oste, Hinricus Manduvel armigeri, Bernardus de Lubberstorp noster Capellanus et plures alii fide digni. Datum et actum Treptow anno domini M°. CCC°. XXX°. V°. in crastino beati Mathie Apostoli.

(matric. Cam. T. XVI. p. 530.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VIII.)

No. 49.

Ludwig I Markgraf zu Brandenburg und Herzog Otto I und ſein Sohn Barnim III machen auf Vermittelung des Camin-ſchen Biſchofes (Friedrich von Eickſtedt) einen Anſtand auf einige Wochen, in ſolcher Zeit Ihre Differentien wegen des Schloſſes Clempenow und der daraus geſchehenen Befehdungen in Gutem zu heben.

Anno 1336.

Wytliken ſi allen dengenen, di deſſen brif ſen unde vornemen dat de achbar herre di Biſſcop van Kemmin heft gedediuget eynen gutliken dach tüſſenn den erbaren Vorſten Marcgreuen Lodewig van Brandenborch uppe di eyne Side. unde deme hertogen van Stettin hertogen Otto unde hertogen Barnym ſinem Soene van der andern Siden, Umme di Scelinge di is geſchyn van deme Huſe tu Clempenow, aldus alſe hir na beſcreuen ſteyt. Dat alle Ding ſcolen gutliken ſtan an eyme gantzen Vrede wente an Palme Dage den Dach ut; des Manendages dar vor ſo ſcolen ſi toſamene Komen tu Ekkezin oder ere Ratgeuen myt vuller Macht und ſcolent an Beydent Siden di gene mede bringen de men dar beſculdigen will up Beydent haluen dar ſcal eyn jewelik heppen ouer de Sine Minne oder Recht ſunder Toch. Welchere des nichten vormuchte mit den ſinen oder des dages nicht holden wolde de gedediuget iſt ſo ſcon die herren erer eyn den an-

dere behulpen weſen Alſe ere irſte Briue ſpreken. Vortmer ſcal alle gedinge ſtan und alle Geuangen Dach hebben an beydent Siden wente up den vorſproken Dach Palmen. Were och dat icht gebuwet were vor deme Huſe tu Clempe-now dat ſcal man antwerden deme Biſſcoppe van Kemmin di ſcal dat holden wente uppe den vorbenumeden Dach. Wordet den nicht bericht ſo ſcalmet wedder antwerden den hertogen van Stettin oder eren houetlůden. Dat deſſe vorbeſcreuen Ding ſtede unde vaſt bliuen Dar loue wi vor un Truwen van des Marcgreuen. her Jan van Buch. her Heyneke van Crochcheren, her Jan Noremuſere. und Gereke Wulf. und van der Hertogen wegen ſo loue wi un Truwen. Her Rolof van Elsholte. her Olric van Dewiſze. Her Henning van Panſin und Bertram van Eycſtede. Tu eyner Betůgunge alle deſſer vorbeſcreuen ding ſo hebbe wi deſſen brif laten veſten mitter Anhenginge unſer Ingeſegele Dit is gedebinget unde deſſe bref geſcreuen tu Pozewalk in der Stat na Godes bort duſent Jar. drihundert Jar. in deme ſeſſe und drittichſten Jare des negeſten Middewekes na deme Sondage wan men ſinget Reminiſcere.

(Orig. n. 57. Append. n. Reg. or.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VIII.)

No. 50.

Als das Schloß Gůlzow, welches verpfändet war, wieder eingelöſet werden ſollte, hatte der Biſchof und das Capittel dazu kein Geld; indeſſen war aus dem Teſtament des Prepositi Conradi noch eine Summe vorhanden, welche die Beſtimmung hatte, einige beſtändige Vicarien zu ſtiften. Die folgende Urkunde iſt die Verhandlung, welche in dieſer Beziehung mit den Teſtaments-Executoren geſchloſſen worden iſt.

Anno 1336.

In nomine Domini Amen. Fredericus Dei gracia Episcopus. Bernardus Prepositus. Johannes Decanus totumque Capitulum ecclesie Camynensis ad perpetuam rei memoriam. Cum temporum mutabilitas et variabilis humane nature condicio non patiatur rem legitime gestam illesam et immobilem permanere. ob id inventum est scripture remedium ut quod alias est labile et dolosis calumpniari posset astuciis. scriptis autenticis et testium subscriptioni-

Digitized by Google

bus perhennetur. Ea propter ad singulorum noticiam tam presentium quam futurorum cupimus devenire quod solempniter convocatis ad hoc omnibus et singulis qui debebant volebant et poterant interesse. Et proposito coram nobis in capitulo quomodo instaret proxime redemptio et liberacio castri episcopalis Gülczow a strenuo milite Syfrido Loden qui ipsum exhibuit et amplius teneri noluit obligatum et deficiente nobis pecunia nos prefati Fredericus Episcopus. Bernardus Prepositus et Johannes Decanus una cum aliis coëxecutoribus nostris testamenti pie recordacionis Conradi quondam prefate ecclesie prepositi videlicet Frederico de Steghelyz vicedomino et Conrado Scolastico ejusdem ecclesie inspecta hujusmodi urgente necessitate et evidenti utilitate ecclesie cum ex parte prefati Conradi quondam prepositi haberemus quandam pecuniam ad comparacionem quorundam redituum pro fundandis et dotandis quibusdam vicariis perpetuis et altaribus prout idem Conradus prepositus in ultima sua voluntate decreverat convertendam prefato proposuimus capitulo quomodo expediens nobis videretur ut de hujusmodi pecunia in proprietate et bonis ecclesie nostre ad evitandum graviora pericula que alias possent evenire hujusmodi reditus emerentur. Ipsique una nobiscum concorditer et unanimiter matura ac sufficienti deliberatione prehabita et prefata necessitate pensata nobis predicti testamenti executoribus rite et rationabiliter vendiderunt. Nosque prefatus Fredericus Episcopus de expresso consensu capituli nostri predicti vendidimus et dimisimus ac per presentes literas vendimus et dimittimus dictis coëxecutoribus nostris villam Deghowe cum omni proprietate et utilitate dominio directo et utili cum omnibus finibus et metis suis ac contentis in eisdem agris cultis et incultis pratis pascuis paludibus silvis nemoribus stagnis aquis aquarum decursibus accessibus agressibus suis et universaliter cum omnibus et singulis infra fines dicte ville contentis ac cum molendino et tabernis adjacentibus cum judicio majori et minori et omni precepto nobis et ecclesie nostre inibi competente absque omni servicio rustico vel urbano precaria vectura curruum vel equorum nisi pro publica et communi defensione terrarum denariis monetalibus angariis et talliacionibus quibuscun-

que quocunque nomine tam in futuro quam presencialiter. Quamlibet marcam redituum dicte ville ipsis vendidimus pro sedecim marcis denariorum usualis monete nobis ante confectionem presencium pagatis solutis et numeratis ac in redemptionem dicti castri ut premittitur conversis pro fundandis quibusdam perpetuis vicariis seu altaribus de eisdem reditibus uno videlicet altari in ecclesia nostra Camynensi et duobus in ecclesia Colbergensi promittentes dictam villam cum omnibus suis attinentiis ut premittitur expedire disbrigare et defendere tam in proprietate quam in possessione ab omni universitate vel persona ac abdicando a nobis quicquid nobis juris et proprietatis in dicta villa competit vel quomodolibet competere poterit totum in vicarios seu altaristas illos transferimus qui dictarum vicariarum seu altarium pro tempore fuerint possessores quos et quorum bona secundum quod et propria defendere tenebimur et tueri. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo capituli presentibus sunt appensa. Datum et actum Camyn Anno Domini M°. CCC°. XXX°. VI°. tredecimo Kalendas Junii Presentibus nobis prefatis Bernardo preposito, Johanne Decano. Fredericò Vicedomino et Conrado scolastico ac aliis dominis Canonicis videlicet Lubberto Thezaurario. Radolfo cantore. *Frederico de Ekstede.* Hinrico de Kercow Tanglymensi, Woltero de Güntersbergh Dyminensi, et Reymaro de Bane Uznamensi Archidiaconis in dicta ecclesia. Reynero preposito et Gysone Decano ecclesie Stetynensis. Voltero. Thesmaro de Bonyn et Johanne Glazenap Archydiacono Pyricensi Canonicis prefate ecclesie Camynensis.

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VIII.)

No. 51.

Notariat-Inſtrument über den Vergleich wegen Burrentin und Griſtow in dem Camminſchen Fiſchwaſſer zu fiſchen.

Anno 1336.

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo tricesimo sexto, indictione quarta mensis Februarii die septima pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini Benedicti pape undecimi anno

Digitized by Google

secundo in estuario seu refectorio fratrum predicatorum prope Camin nec non in notarii publici presencia et testium sub scriptorum Coram reverendo in Cristo patre domino Frederico (v. Eickstedt) Caminensis ecclesie Episcopo et suo Capitulo constituti personaliter religiosi viri Conradus Prior Bertramus antiquus prior Gherardus de Grifenberg Thidericus de Poswelte Andreas et Hinricus Sutor conversus fratres suo nomine suique conventus ex una nec non honorabilis vir Johannis Decanus ejusdem ecclesie Caminensis parte ex altera asserentes se utrobique stare velle ordinacioni et amicabili compositioni predictorum Episcopi et Capituli super omnibus dissentionibus et controversiis habitis hactenus super aquarum tractibus seu piscacionibus tangentibus metas seu distinciones villarum Burrentin et Gristow prefati autem Episcopus et Capitulum hujusmodi onus ordinacionis et Compositionis propter bonum pacis acceptantes auditis hinc inde racionibus et privilegiis tam ipsorum fratrum quam Decani qui etiam componi affectabant et maxime Priore et conventu predictis modum componendi invenientibus et narrantibus ipsoque Decano eundem modum approbante prefatus episcopus suo et sui Capituli nomine tanquam amicabilis compositor pronunciavit. Illos tractus pertinere ad Decanum qui fiunt ad littus metarum ville Burrentin et Gristow eosdem tractus ad Gristow cum illo Canonico qui secum in piscacione concurrit dividendo Et e Converso tractus qui fiunt de littore villarum Burrentin et Gristow et versus aliam partem seu terram oppositam educuntur ad conventum ipsorum fratrum pertinebunt Eciam circa villam Polchow. pro Cujus recompensa vicarius capelle beate Virginis in Cammin cujus est villa Polchow. habebit unum tractum liberum in omnibus aquis ipsorum fratrum prout ab antiquo dicitur esse servatum. Quam pronunciacionem et compositionem predicti fratres et Decanus gratam et ratam habentes approbauerunt et sub sigillis ipsius Episcopi et Capituli ac ipsorum, mutuo conscribi petiuerunt. Acta sunt hec anno indictione mense et aliis quibus supra presentibus viris *dominis Frederico de Eckstede preposito Colbergensi.* Frederico de Stegelitze Usnamensi et Hinrico de Kerkow Stolpensi Archidiaconis in ecclesia Caminensi Bernardo Bere, Vicedominus, Con-

rado Schüveri scolastico, Lubberto Glasenap thesaurario ecclesie Caminensis predicte Hinrico Plebano in Dimyn et Hinrico cum longo naso ac aliis pluribus testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Johannes de Ehikillen dictus Wale clericus Eboracensis Diocesis publicus imperiali autoritate notarius pronunciacioni et compositioni ratihabitioni et approbationi dum fierent presens interfui et ea omnia et singula manu mea propria conscripsi meoque signo solito signavi rogatus in majorem evidenciam premissorum.

(matric. Camin. T. XVI. pag. 186.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VIII.)

No. 52.

Markgrafs Ludwig von Brandenburg Lehnbrief über Klein-Ballerſtedt.

Anno 1336.

Wir Ludowic ꝛc. bekennen und bethugen in deſſem upenen briſe dat wi Conrade Hinden und Adame von Grabow, Arnolde und Jordan den Brudern geiheiten Blaſiengere tu Steindal haben ge legen und lien tu rechterme leene dat dorp tu Luttiken Ballerſtede mit pachte, mit beide, mit tinſe, mit wagen dinſte, mit vor leghen und unuorleghen, mit aller nut und vrucht, mit aller orbede, mit deme richte hogheſt und ſideſt, und mit allen ſchieden die dar tu belegen ſin und mit allem rechte, alſo, dat wie dar nicht inne behalden. Och hebbe wie en gheleghen unde lyen in deiſſeme brife in deme dorpe tu Dalem in Hennickin Beigendorpes houe enen wiſchepel Rocken unde einen Wiſchepel hauern, tuei unde virtich honere unde achtein ſcock eygern. Alle dat hir vor beſcriben is dat lige wi en und iren rechten eruen mit ſamender hand tu beſittende, als id her Boldewin von deme Campe vor heft gehat tu der ſtat rechte tu Stendal, als die Borgere von Stendal ere lengut hebben und beſitten ſunder aller leie hinder und beſwerniſſe. Testes sunt Hermannus comes de Hennenberg, Jo. Buch, Hennike Jagow, Heineke Crochern, *Kunke Eckstede.* Anno domini M°. CCC°. XXX°. VI°. quarta feria proxima post penthecosten.

(Reliq. Manscpt. dipl. de Ludwig, T. VII.)

Digitized by Google

No. 53.

Biſchof Friedrich (v. Eickſtedt) ſtiftet einen Vergleich wegen der Fiſcherei in den Camminſchen Gewäſſern.

Anno 1336.

Nos Fridericus Dei Gracia Episcopus totumque capitulum ecclesie Caminensis omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in Domino. Noveritis et noverint universi quos presens tangit negocium seu quo modolibet tangere poterit in futurum quod constituti personaliter coram nobis religiosi viri Conradus Prior, Bertrammus antiquus Prior, Gherardus de Griffenberch, Tidericus de Poswelt, Andreas et Hinricus Sutor, conversus fratres suo nomine suique conventus ex una. nec non honorabilis vir Johannes Decanus ejusdem ecclesie Caminensis parte ex altera asserentes se utrobique velle stare ordinacioni et amicabili compositioni nostrorum Episcopi et Capituli predictorum super omnibus dissentionibus et controversiis habitis hactenus super aquarum tractibus seu piscationibus tangentibus metas seu distinctiones villarum Burrentin et Gristo nos vero prefati episcopus et Capitulum hujus modi onus ordinacionis et compositionis propter bonum pacis acceptantes auditis hunc inde rationibus et privilegiis tam ipsorum fratrum quam decani qui eciam Componi affectabant et maxime priore et conventu supra dictis modum componendi invenientibus et narrantibus ipsoque Decano eundem modum approbante nostro nostrique Capituli nomine tanquam amicabiles Compositores pronunciavimus. Illos tractus pertinere ad Decanum qui fiunt ad littus metarum ville Burrentin et Gristo eosdem tractus ad Gristo cum illo Canonico qui secum in piscacione concurrit dividendo et e converso tractus qui fiunt de littore villarum Burrentin et Gristo et versus aliam partem seu terram oppositam educuntur ad conventum ipsorum fratrum pertinebunt eciam circa villam Polchow. pro cujus recompensa vicarius capelle beate Virginis in Camyn cujus et villa Polchow. habebit unum tractum liberum in omnibus aquis ipsorum fratrum prout ab antiquo dicitur esse servatum. Quam pronunciacionem et Compositionem predicti fratres et decanus gratam et ratam habentes approbaverunt et sub

sigillis nostrorum Episcopi et Capituli ac ipsorum fratrum et Decani mutuo conscribi petiverunt. Acta sunt hec in Estuario sive refectorio fratrum predictorum septima die mensis Februarii presentibus honorabilis viris dominis *Frederico de Ekstede* preposito Colbergensi, Frederico de Stegelitz Usnamensi et Hinrico de Kerkow Stolpensi Archidiaconis in ecclesia Caminensi Bernardo Bere vicedomino Conrado Schuvern Scolastico Lubberto Glasenap thesaurario ecclesie Caminensis predicte Hinrico Plebano in Dimin et Hinrico cum longo naso ac aliis pluribus fide dignis sub anno Domini M°. CCC°. XXX°. VI.

(matric. Camin. T. XVI. pag. 184.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VIII.)

No. 54.

Arnoldus Romele tritt dem Caminſchen Capittel für 400 Mark Silbers alle ſeine Beſitzungen jenſeit der Swine ab.

Anno 1336.

Noverint universi fideles ad quorum notitiam presencia pervenerint. Quod nos Fredericus Episcopus Conradus Prepositus Johannes Decanus totumque Capitulum ecclesie Caminensis recognoscimus quod honestus famulus Arnoldus Romele cum suis heredibus legitimis universa sua bona pheodalia et hereditaria que habuit et possedit ex hereditate sua paterna ultra Swinam in dioecesi Caminensi et in Ducatu Stetinensi ac omnem impetitionem seu actionem quam habuit seu habere poterat bonis in eisdem que vulgariter Ansprake nuncupatur pro quadringentis marcis argenti puri ponderis Coloniensis nobis et ecclesie nostre vendidit et ea nobis ad utilitatem et profectum nostrum ecclesieque nostre voluntarie resignavit integraliter et in totum. Bona vero illa que a Dominis Ducibus Stetinensibus in pheodum habuit que coram eisdem non resignavit ad huc in presencia illorum absque contradictione qualibet quantociens poterit resignabit ad manus Henningi militis et Bertrammi famuli fratrum dictorum de Heydenbrake suorumque verorum heredum quandocunque fuerit requisitus. Et cum hoc omnis dissencio seu controversia inter nos ecclesiam nostram ac omnes et singulos nobis subjectos et coadjutores nostros ex una

et dictum Arnoldum ejusque heredes ac consodales suos ex alia occasione predicte discordie suborta et aliquamdiu ventilata debent esse sopita penitus et peracta. Hujus compositionis et concordie testes sunt strenui viri Johannes Comes in Gutzkowe. Johannes Moltikowe. Ludekinus Moltsane. *Dubeslaus de Ecstede.* Nicolaus Luscowe. Nicolaus Ortke. Gherardus Sweryn. Heinekinus Pens. Conradus Pryen, milites. *Bertrammus de Ecstede.* Hennike Babbe. Hinric Musz. Rubulle. Hermannus Beselere. Hermannus Damisse. Thidericus Apenborch et alii plures fide digni ad premissa vocati specialiter et rogati. In hujus rei evidenciam nostrum et capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa Datum Gripeswaldis anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo sexto feria secunda post Letare.

(matric. Camin. T. XVI. pag. 593.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VIII.)

No. 55.

Henning v. Blankenburg kauft um 300 Mark das Dorf Ramelow von Arnoldo Romelen; da er aber zur geſetzten Zeit nicht zahlen kann, tritt er bedingungsweiſe ſein Recht an Biſchof Friedrich (v. Eickſtedt) ab.

Anno 1337.

Noverint universi presentes literas inspecturi quod quia ego Henningus et pie recordationis Henningus quondam patruus meus dicti de Blankenborg obligavimus ac dimisimus venerabili in Cristo patri et domino nostro domino Frederico Episcopo totique Capitulo ecclesie Caminensis bona nostra in Ramelow. cum suis attinentiis pro trecentis marcis monete Brandenborgensis ac dampnis et interesse si que super crescerent ad quas solvendas se pro nobis obligaverant et in parte jam solverunt strenuo famulo Arnoldo Romele et jam hujusmodi bona ad dictos Episcopum et ecclesiam pertineant ex eo quia in termino prefixo non solvimus prout nos ad strinximus soluturos. Idem tamen dominus Episcopus graciose michi volens facere ad preces meas et amicorum meorum michi indulsit ut reemerem et inhabitem curiam et dicta bona Ramelow ipsamque precario nomine suo et dicte ecclesie possi-

deam infra hinc et festum sancti Martini proxime affuturum. Quod si tunc predictas trecentas marcas cum dampnis interesse predictis solvere potero, hoc antea notificato prefatis Episcopo et Capitulo in festo nativitatis sancte Marie similiter proxime affuturo et bona predicta ad me sicut prius libere pertinebunt alioquin si non solvero in festo Martini predicto possessionem curie et bonorum predictorum dimittam supra dictis episcopo et capitulo liberam sicut eam jam tenent nullo michi juris vel facti auxilio suffragante sed ipsorum remanebunt cum omnibus suis juribus honoribus jurisdictionibus utilitatibus et proventibus finibus et metis suis prout ad nos pertinebant. Renuncians nomine meo et heredum meorum omni utilitati et comodo michi et eisdem heredibus meis in predictis curia et bonis quomodolibet competente in futuro et hec omnia promitto fide data inviolabiliter observare. Similiter et ego Hasso de Wedel senior ad rogatum dicti Henningi fide data promitto pro ipso et cum ipso quod omnia predicta firmiter tenere debeat et non in aliquo contraire. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Berlin anno domini M°. CCC°. XXX°. VII°. dominica qua cantatur Oculi. presentibus honorabilibus viris dominis Frederico de Stegelitz vice-domino. Conrado scolastico ecclesie Caminensis. *Dubeslao* et *Germaro* militibus ac *Bertrammo* famulo *dictis de Exstede* et aliis pluribus fide dignis.

(matric. Camin. T. XVI. pag. 139.)
(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VIII.)

No. 56.

Biſchof Friedrich (v. Eickſtedt) legt den Streit bei, zwiſchen den Nonnen zu Wollin und des Ulrich v. Oſten Wittwe, über das jus patronatus zu Onyn entſtanden ꝛc.

Anno 1337.

Nos Fredericus Dei gracia Camynensis ecclesie Episcopus recognoscimus in hiis scriptis publice protestantes, quod cum nuper ecclesia parochialis in villa Onyn vacaret per mortem domini Johannis plebani ibidem et de jure patronatus exorta questione ecclesie ejusdem inter

abbatissam priorissam et conventum sanctimonialium in Wollyn ex una et relictam quondam Ulrici de Osta militis ac ejus filiam relictam Conradi quondam de Vemeren militis parte ex altera eadem questio fuit et est per honorabiles viros dominos Bernardum prepositum et Johannem Decanum nostre ecclesie Camynensis, nostro eciam speciali consilio interveniente amicabiliter terminata et sopita in hunc modum. Quod ad presentacionem dictarum relictarum debeat ad presens solum conferri cura animarum ecclesie predicte propter bonum pacis, que eciam relicte ex nunc et in perpetuum coram nobis renunciaverunt et presentibus literis renunciant juri patronatus ecclesie dicte ville Onyn pro se et suis heredibus seu amicis quibuscunque approbantes et validum consenties privilegium dicti Ulrici de Osten militis prefatis sanctimonialibus datum super jure patronatus ecclesie predicte. Quod privilegium sicut dominus Hinricus recordationis felicis predecessor noster auctoritate ordinaria confirmavit sic et nos idem privilegium cum hac renovatione et approbatione auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus plenum jus patronatus ejusdem ecclesie monasterio ipsarum sanctimonialium appropriantes perpetuis temporibus absque impetitione cujuslibet duraturum. Testes hujus sunt honorabiles viri domini *Fredericus de Eichstede prepositus Colbergensis.* Hinricus de Kirkow Archidiaconus Tamklemensis. Conradus Schuver scolasticus Caminensis. Magister Voltzerus. Fredericus de Stegelitze vicedominus Canonici ecclesie memorate. Franciscus Canonicus Colbergensis. Syfridus Lodo et Hinricus Manduvel milites. *Bertrammus et Fredericus ejus filius dicti de Eychstede.* Nicolaus Borke famuli ceterique plures fide digni. In quorum omnium evidenciam pleniorem et ut res valida firma perpetua ac inviolabilis predictis relictis suarumque heredibus legitimis in evum perseveret. Nos ad rogatum relictarum predictarum que propriis carebant sigillis, nostrum una cum sigillis dictorum prepositi et Decani presentibus literis sunt appensa. Datum et Actum Cammyn anno domini M°. CCC°. XXX°. septimo. In die Blasii Martiris et episcopi gloriosi. E contra vero memoria predictorum militum suarumque relictarum dicte sanctimoniales peragere debebunt perpetuo in missis

Digitized by Google

et vigiliis prout in privilegio donacionis juris patronatus plenius continetur.

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. VIII.)

No. 57.

Heinrich von Wedell verſpricht, daß ſein neuerbautes Schloß zu Markgraf Ludwigs von Brandenburg Dienſten allezeit offen ſein ſolle.

Anno 1337.

Ich Henrich von Wedele geheizzen an ſele bekenne offenlichen an dieſem briefe, daz ich und mine Erben ſullen und wollen dem hochgebornen Fürſten Marggrauen Ludeuig van Brandenburg unde ſinen Erben und ſinen Nakomen ane Geuerde unde getrouweklichen zu warten mit dem Huſe daz er mir erloubet hat zu buwen alſo daz ez ſin offin Hus ſi uf aller mengelich zu allen ſinen noten ſin ſcholl, als dike ſin ihm not geſchit. Auch mag er an alle min und miner Erben widerrede ſinen Haubetman mit Volke dar uf leggen wenne he wil unde ſin im not geſchit. Tete ich des nicht unde wenne ich daz widerſpreche ſo ſal dazzelbe Hus unde alle daz Gut wi daz genant und gelegen iſt an den vorgenanten minen Herren Marggrau Ludeuig und an ſin Erben und Nachkomen ledigliche an alle widerrede veruallen ſin. Und dar umb ſo ſezen wir im zu burgen die veſten ritter Erichen von Wolkoue und Diterichen von Block und die veſten knechte Tideken von Bornen, und Kunen Sak, Tylen Rucelig, Ludeuig von Bertekou, Henningen von Wedele, Haſſen von Ekſtede, Henningen Ruchen, Henning von Maruiz, und andir biderue Lüte, in ſogedaner beſchidenheit, wa ich di Sache adir ir dechein vare, ſo ſollen ſie uf mich beholfen ſin an verdechtniſſe als lange daz der vorgenante min here der Marggraue gewaldig wird alles mines Gutes. Und wir die vorgenanten Burgen geloben daz mit guten trouwen ſtete zu holden und zu tune ane argeliſt und gebe des unſer Inſigel an dieſen Brief mit guter Gewizzen. Der iſt gegeben nach Chriſts geburt do man zelt tuſend jar dri hundert jar unde ſiben und drizek jar an Sande Gertruden tage.

(Geroken Cod. dipl. Brandenb.)

Digitized by Google

No. 58.

Litera super quibusdam bonis in terra Lippene, Falkenberg et Schivelbein Friederico Ep. Caminens. data.

Anno 1337.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam singulis et uniuersis, ad quorum notitiam deductum fuerit presens scriptum, Nos Ludouicus &c. volumus esse notum, Quod venerabilis in Christo pater et dominus dominus *Friedericus* *) Caminensis ecclesie episcopus nomine suo et ecclesie sue predicte a nobis instanter peteret castra terras et oppida territoriorum Lippen et Valkenborch et Schyuelbeyn nec non ius decimandi in terris castris et oppidis et omnibus villis sue dyocesis in Marchionatu Brandenburgensi constitutis, que omnia ad se et ad suam ecclesiam debeant pertinere cum omnibus pertinentiis iuribus et honoribus eorundem, et per mortem illustris principis Woldemari Marchionis Brandenburgensis quondam pie memorie ad se deuoluta **), offerens se probaturum et docturum predicta testibus uel instrumentis aut aliis legitimis documentis. Nos uero dicti patris ac domini consiliis et auxiliis pluries nobis exhibita ecclesieque sue iusticiam intuentes, nolentes tamen marchiam siue principatum nostrum a diuo Ludouico quarto Romanorum Imperatore domino et patre karissimo nobis in nobile et legale feodum concessam et concessum integraliter dismembrare, nec etiam ecclesie predicte iuribus derogare, de consilio sapientum nostrorum viam mediam, que subscribitur, duximus eligendam. Videlicet quod dicta terra, castra, oppida cum iure decimandi in villis siue dyocesi, cum aliis supra dictis cum omnibus pertinentiis iuribus et honoribus spiritualibus, que in laycum cadere possunt

---

*) ab Eickstedt.

**) Nach dieſer Angabe ſind alſo die Städte und Schlöſſer Lippen, Valkenburg und Schivelbein mit zubehöriger Gegend Biſchöflich Camminſche Lehnſtücke geweſen, ſo die Markgrafen des Aſcaniſchen Hauſes zu Lehn gehabt, und bei völligem Abgang derſelben den Biſchöfen apert geworden. Gleichwol iſt im 1. Theil des Cod. eine Urkunde edirt, worin Biſchof Herrmann Anno 1276 Stadt und Land Lippen an die Markgrafen für 3000 Mark Silbers verkauft hat.

et temporalibus eorundem predicto domino et patre successoribusque suis episcopis Caminensibus, nos et heredes nostri Marchiones Brandenburgenses iuribus honoribus iure patronatus ecclesiarum, vasallagio et dominio cum mero et mixto imperio cum omnibus utilitatibus usibus, usufructibus reditibus et obuentionibus aliis quibuscunque presentibus et futuris, cum limitibus et metarum distinctionibus, quibus dictum territorium versus regnum Polonie versus Marchiam Brandenburgensem, versus ecclesiam Caminensem versus ducatum Stetinensem constat limitatum et distinctum liberum penitus et exemptum ab omni seruitute personali et reali et de iure scripto vel non scripto, edito vel edendo, debito vel indebito, de consuetudine vel de facto pacifice quiete et libere perpetuis temporibus habendum tenendum et etiam corporaliter possidendum, obligantes nos litteras per presentes, quod a magistro et fratribus hospitalis sancti Johannis Jerusolymitani disbrigare et liberare volumus nec non iustam et debitam warandiam facere quociens et quando requisiti fuerimus si impetitur in parte vel in toto in territorio supradicto. Volumus etiam et debemus dictum patrem et dominum nostrum et successores suos episcopos et homines eorundem tam clericos quam laycos in omnibus suis iuribus spiritualibus et temporalibus conseruare et si necesse fuerit fideliter defensare. In cuius &c. Testes comes Hermannus de Hennenberg, Jo. Buch, Gusso, Bortfelt, Heylo, Hasso senior de Wedel. Datum Berlin anno domini M°. CCC°. XXXVII°. in vigilia annuntiationis beate virginis Marie.

(Gerken Cod. dipl. Brandenb.)

No. 59.

Appropriatio V. frustorum ad altare exulum ciuitati Kungesperg.

Anno 1337.

Nouerint uniuersi &c. Ludouicus &c. Ob salutem et perpetuam memoriam predecessorum nostrorum, nostri, heredum et successorum nostrorum bone recordationis marchionum Brandenburgensium appropriavimus et presentibus appropriamus altari exulum, qui prochdolor amicorum sub-

nencionibus et beneficiis orbati sunt, et solum eis commune beneficium suffragatur, in honore sancte crucis infra unius anni spacium dedicandum in ecclesiaque parochiali ciuitatis nostre Kungesperg situm quinque frusta annuorum redituum ex mansis ciuitatis nostre Kungesperg qui vulgariter *hofe hufe* nominantur, singulis annis solutionumque terminis debitis euenientibus et triginta quatuor solidos denariorum Brandenburgensium ex censu mansorum ciuitatis Bernwolde solitis solutionum temporibus euenientes sine inquietatione qualibet perpetuo altari prehabito pertinendos. Transferentes quoque collationem et presentationem altaris prenotati in consules presentes et succedentes ciuitatis prehabite, sic, quod ipsi consules vacationis ipsius tempore debebunt et poterunt de persona ydonea sibi, que iugiter interpellet creatorem dominum et deum altissimum inuocet pro salute fidelium, prouidere. In cujus &c. Testes Buch, Hasso miles, Hasso senior, Nycolaus Wick, *Bertramus Eckstede* cum ceteris. Datum Ewerswalde anno domini M°. CCC°. XXXVII°. in octaua Michaelis.

(Gercken Cod. dipl. brandenb. pag. 208.)

No. **60**.

Biſchof Friderich giebt mit Conſens des Camminſchen Kapitels die Zehenden in Triglow, ſo vormals ad bona communia gehörten, als ein Burglehn dem Sigfrido Loden, dagegen der Biſchof dem Kapitel alles, was er hat und künftig haben könnte in Hindenburg, Quarckenburg, Melne und Schwerin an Gerechtigkeiten und Zehenden.

Anno 1338.

Nos *Fredericus Dei gracia Episcopus* ecclesie Caminensis recognoscimus et constare cupimus vniuersis quod cum decimam ville Triglow. que spectabat ad communia Canonicorum et capituli ecclesie nostre antedicte de consensu et voluntate honorabilium virorum dominorum Bernhardi prepositi Johannis Decani totiusque ecclesie ejusdem Capituli pro beneficio castrensi in Gultzow quod vulgariter Borchleen nuncupatur, strenuo et fideli nostro Sifrido Luden militi in feudum perpetuum contulimus et legale dictis dominis Canonicis et Capitulo in recompensam hujus decime dimisimus et per presentes dimittimus quicquid

habuimus habemus vel habituri sumus nos vel successores nostri in terrarum Hindenborch. Quarkenborch et Melne vel Swerin ac quicquid juris in ipsis decimis habemus transferimus integraliter in Dominos Canonicos et Capitulum antedictum. In quorum omnium euidens testimonium nostrum et Capituli nostri sigilla presentibus literis sunt appensa. Datum Cammin anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo octauo. in die Tiburcii martiris.

(Matric. Cammin. T. XVI. p. 56.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pomm. Vol. IX.)

No. 61.

Biſchof Friderich verkauft mit des Camminſchen Kapitels Conſens 4½ Hufe in einem Viertel von Henneckenhagen um 250 Mark Slav. an Lambertum Haſſe.

Anno 1338.

In nomine Domini Amen. Ne res perpetuo durature et legitimi contractus per obliuionem vel forsan ex malicia calumpnientur a posteris vtimur scriptis auctenticis et testium subscriptionibus quibus geste rei veritas comprobatur. Hinc est quod nos *Fredericus Dei gratia Episcopus*. Bernardus prepositus totumque capitulum ecclesie Camynensis ad singulorum tam presencium quam futurorum noticiam liquide cupimus pervenire. quod matura deliberacione prehabita de vnanimi consensu nostrum omnium vendidimus et dimisimus et presentibus vendimus et dimittimus. discreto viro Lamberto dicto Hassen suisque veris heredibus proprietatem de quarta parte indaginis dicte Hennekenhagen que continet circa quincium dimidium mansum indaginalem sicuti jacet cum suis et in suis distinctionibus cum pratis pascuis paludibus nemoribus lignis agris cultis et incultis aquis et aquarum decursibus pro ducentis et quinquaginta marcis denariorum Slauicalium nobis pagatis et solutis sine omni seruicio dextrarii et ejuslibet alterius nisi communis defensio terre immineret absque precaria denariis monetalibus angaria et exactione qualibet libere possidendam. Ita quod ex hujusmodi quarta parte fundare et dotare possit altare perpetuum seu vicariam aut aliam elemosynam quamlibet pro suo libito voluntatis Transferentes in eundem Lam-

Digitized by Google

bertum et heredes suos quicquid nobis et ecclesie nostre competit in quarta parte indaginis supradicti. In cujus rei testimonium sigillum nostrum et capituli memorati presentibus sunt appensa. Datum Camin anno Domini M. CCC. tricesimo octauo in crastino inuentionis sancte crucis.

(I. P. P. T. VI. P. 215.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pomm. Vol. IX.)

No. 62.

Venditio precarie ville Narchusen monasterio Cedene facta.

Anno 1338.

Ludouicus &c. Recognoscimus publice per presentes, quod bona deliberatione prehabita, debito venditionis contractu vendidimus honorabilibus et in Christo deuotis personis sanctimonialibus monasterii Cedene tam presentibus quam futuris pro ducentis marcis argenti Brandenburgensis et ponderis ad manus nostras ex parte earundem sanctimonialium plenarie persolutis, precariam tam denariorum quam frumenti ville dicte Narchusen nec non seruitium eoruum et quodlibet aliud servitium reale vel personale et quidquid iurisdictionis in ipsa villa habuimus quiete et pacifice possidendam. Actumque inter nos sanctimonialesque predictas est expresse, quod nos heredes vel successores nostri dictam precariam cum seruicio ac iurisdictione ville predicte possumus vel poterunt pro predicte summe quantitate reemere, dum voluerimus vel volunt, decursu temporis cujuslibet quiescente. Et ut predictus contractus semper a nobis et nostris successoribus maneat inconcussus hanc litteram super eo &c. Testes Buch, Hasso miles et Hasso, Nicolaus Wick, *Bertramus de Ecksteden* &c.

(Gercken Cod. dipl. brand. Pag. 207.)

No. 63.

Appropriatio molendini in ciuitate Arnswalde ciuibus facta,

Anno 1338.

Nouerint &c. Quod nos Ludouicus &c. appropriauimus et ex mera mentis nostre beneuolentia appropriamus

Digitized by Google

prudentibus viris et discretis consulibus et uniuersitati ciuitatis Arnswold tam presentibus quam succedentibus fidelibus nostris dilectis molendinum intra muros ciuitatis nostre predicte prope monasterium fratrum minorum situm cuius collatio nobis pertinuit, cum singulis et uniuersis eidem ab antiquo vel ex debito pertinentibus pertinentiis, et specialiter cum aque decursu nunc id pellente perpetuo tenendum et sine impedimento quolibet possidendum. Renunciantes pro nobis heredibus et successoribus nostris omni iuri actioni vel impetitioni, que nobis vel ipsis super dicto molendino competere possunt aliqualiter in futurum. Pro qua quidem appropriatione iidem ciues nostri dilecti de centum marcis argenti Brandenburgensis et ponderis parate pecunie nobis donauerant, de quibus ipsos solutos dicimus et presentibus omnimode nuntiamus. In cuius &c. Testes dominus *Friedericus* *) episcopus Caminensis, Yseltsrider, Heylo, Becko de Ost, Bortuelt. milites, Hasso de Wedel, Ty. Brederlo cum ceteris. Datum Soldin anno domini M^o^. CCC^o^. XXXVIII°. in crastino Dyonisii.

(Gercken Cod. dipl. brand.)

No. 64.

Vergleich derer von Garthou mit der Stadt Stendal.

Anno 1338.

Wy Frederich und Henningh und Boldewyn brodere van der Ghartoue unde junge Hynric van der Ghartoue und Cune von Eickſtede bekennen in dieſen opene bryfe, dat Wy den achtbaren Ratmannen unde den Scepen unde der ganzen Stad to Stendal ghelouet hebben unde louen in dieſem briefe in trouwen und mit ſamender hand. Dat Frederick vorbenomet und ſyne brodern ſcolen ene ſtede ſune und ehren vrede halden met den borgheren van Stendal dy vorbenumet ſyn umme det orloghe dat he hadde met Hertoghen Otten von Bruneswich darumme dat he hadde ſtaden by eme . . . do he ſyn Houetman was tu hudere. Dyſe vorbenumede ſune ſcal Frederick und ſyn Fründ ſtede holden und alle dy

---

*) ab Eickstedt.

dor ane dun und laten willen. Vortmer were dat dy Stede unde Land der Alden marcke Fredericke ſyne pennynghe nicht gheuen wolden ſo dat mit ehne ghededinghet is, ſo ſcal doch die ſune ſtede unde ganz bliuen met der Stad tu Stendal ſo dat vorbenumet is. Uppe dat dyſe dingh ganz und ſtede bliuen ſo hebben wy unſe Inghesegele an dyſen bryf ghehenget, und eck Kopke von Bryzke loue dat ock en trouwen myt ſamender hand ſtede unde ganz tu halden den borgheren van Stendal myt den knapen dy vorbenumet ſyn, unde betughe dat myt mynen Inghesegel. Dyſe bryf is ghegeuen na Godes borth drutteinhundert jahr in deme achte und drüttegheſten jahre in des hilghen kerſtes auende.

(Gercken dipl. vet. March. Brandenb.)

No. 65.

Kaiſer Ludwig IV, bavarus, nimmt die Stettinſchen Herzoge Otto I und ſeinen Sohn Barnym III wieder mit ihren Landen zu immediaten Reichsfürſten an und ſeparirt ſie von der Lehnſchaft ſeines Sohnes Ludwig, Markgrafen von Brandenburg.

Anno 1338.

Ludouicus quartus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus. Ad perpetuam Rei memoriam Dei virtus et sapientia per quam Reges regnant et principes in gentibus dominantur sic mundi machinam voluit gubernari ut a summo principe veluti suo capite potentatuum inferiorum presides suarum influentiam caperent potestatum ut sic a sublimiori sublimia gubernentur magna quoque a maximo suffragiis continuis tueantur per quod regalis sceptrum glorie in subsidiis firmatum celestibus a recto sui regiminis tramite non recedit. Postquam ergo alto diuine dispensationis consilio universorum auctor cui debilitatem nostram placuit extollere monarchie hujus mundi presidem nos effecit mente solucita radios totalis intentionis nostre jugiter ad hoc extendere volumus ut quantum nobis possibile est commissum nobis regimen feliciter gubernetur Quod quidem tunc nos salubriter efficere credimus cum hos qui generoso et claro semine ex alto stipite propagati multiplici magnatilate operum nostris se student conformare obsequiis et a quibus veluti a membris pocioribus imperii reuelatio imperatorie claritatis status

dependet tanquam columpnas firmissimas in augustalis edificii machina stabilimus. Clare igitur et generose propaginis ortus choruscans nec non fide et sincera cordis atque mentis puritas Illustrissimi Ottonis et Barnym Stetinensium Pomeranorum Slauorum et Cassuborum Ducem nostrorum principum dilectorum nos adducunt ut ipsos magni fauoris eximio non indignos speciali beneficiorum munere decoremus aliquam rem ipsos ac suos heredes veros et legitimos cum ducatibus principatibus et eorum dominiis universis de consensu et voluntate Illustris Ludowici marchionis Brandenburgensis primogeniti nostri karissimi a marchia Brandenburgensi a qua prefatos suos ducatus principatus et dominia in feodum obtinebat presentibus separantes Ipsos cum eisdem ducatibus principatibus et dominiis Romano Imperio cui etiam antiquitus pertinebant nostra imperiali auctoritate reunimus ab omni fidelitate et omagio dicti marchionis et marchie ipsos cum suis ducatibus principatibus et dominiis supra dictis penitus et perpetuo obsoluentes, hoc presenti censentes edicto quod deinceps ipsi duces nobis et immediate ac nostris in Romano regno vel imperio successoribus quibuscunque sicut principes et vasalli Imperii subesse debent et etiam prestare tenentur fidelitatis et omagii sacramenta Ipsos etiam et ipsorum heredes veros et legitimos supradictos nobis et imperio ad obsequia perpetuo tenere volumus sicuti Imperii principes et vasallos Ita quod nobis et imperio communi loco et tempore ubi et quando oportunum fuerit in damnis precavendis et utilitatibus promovendis teneantur assistere totis viribus et virtute et ut prefatus Ludouicus Marchio Brandenburgensis filius noster et Marchia Brandenburgensis que per premissa grauantur saltem in alio aliqualiter recipiant recompensam ordinauimus et disposuimus cum voluntate predictorum Ottonis et Barnym et presenti edicto censemus, quandocunque dictos duces absque filiis legitimis ab ipsis descendentibus discedere contingerit. Quod tunc Ducatus et principatus quos tenent cum pertinentiis honoribus dignitatibus et dominiis universis ad prefatum Ludouicum fratres ipsius et heredes ipsorum libere deuoluantur et remaneant perpetuo penes ipsos. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc nostre separationis absolutionis seu

Digitized by Google

etiam reunionis paginam infringere seu ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit preter indignationem nostram quam ipsum incurrere volumus ipso facto penam mille librarum auri puri quarum medietatem fisco id est nostre imperiali Camere reliqua vero injuriam passis applicari volumus. se nouerit incursurum. In cujus rei testimonium presentes conscribi nostraque bulla aurea ac signo nostro consueto jussimus communiri. Datum in oppido nostro Franckenfurt in vigilia assumptionis beate virginis gloriose. Presentibus Illustribus Rud, Comite palatino Reni ac Bauarie nec non Rudolpho Saxonie Ducibus, Friderico Marchione Misnensi nec non venerabili Heinrico Augustensis ecclesie electo et confirmato ac spectabilibus et strennuis viris Berchtold comite de Hennenberg, Johanne Burgrafio de Nürenberg, Ludouico comite de Ottingen, Heinrico dicto Buzzen aduocato in Blacum. Gerwico Guzzone de Lipheim, Heinrico Eysoltzriedero, *Dutzlawo de Ecstede.* Witigino de Ost, Nicolao de Lusgow et Gherardo de Zwerin militibus ad hoc specialiter rogatis et vocatis. Anno domini millesimo trecentesimo tricesimo octauo. Regni nostri anno vicesimo quarto Imperii vero undecimo.

Signum domini Ludowici Romanorum Imperatoris invictissimi.

(v. Dreger Cod. Dipl. Pom. Vol. IX.)

No. 66.

Biſchof Friedrich (v. Eickſtedt) kauft von denen v. Wedell, Speningen und Saynitzen ihr Antheil von Stadt, Schloß und Land Bublitz.

Anno 1339.

Universis Cristi fidelibus presencia visuris seu audituris nos Hasso miles, Hasso senior de Schivelbein, Hasso de Valkenborg, Wedego Ghodicking, Henningus patrui et fratres condicti de Wedele, Henningus Thammo et Gherardus de Speninge milites, metsicho ac heredes et filii Henninghi ac Copitkini fratrum dictorum de Saynitz famuli recognoscentes quod nos unanimi de consensu et matura deliberatione prehabita vendidimus et per presentes literas vendimus venerabili in Cristo patri et domino

Digitized by Google

nostro domino Frederico Episcopo totique capitulo ac ecclesie Caminensi universa bona nostra castri civitatis et terre Bublitze ad nos pertinencium preter quartam partem dictorum bonorum quam Henningus Pauli et Paulus ejus filius nec non Petrus Kameke in dictis bonis habere dinoscuntur cum omnibus et singulis eorum pertinenciis ac adjacentibus quibuscunque cum omni jure precaria servicio et vasallatu ac aliis obvencionibus et emolumentis quocunque nomine vel vocabulo nuncupentur sicuti in suis metis et terminis continentur et prout eadem in pheodum ab eodem Domino Episcopo Capitulo et ecclesia hactenus habuimus et specialiter quicquid juris dominii aut vasallatus vel servicii in eisdem bonis habuimus tam ex parte nostra quam aliorum modo alio et quocunque et jure hereditario vel pheodali ad nos pertinuit vel pertinere posset in futurum pro mille octingentis et quinquaginta marcis denariorum usualium nobis plenarie et sufficienter certificatis resignavimus eciam manualiter dictam nostram civitatem et terram dominium utile et directum jus vasallaticum et quicquid juris commodi ac utilitatis habuimus bonis in predictis in manus domini nostri Episcopi prefati ad usum et utilitatem capituli et ecclesie memorate abdicantes a nobis per presentes et nostris successoribus quibuscunque proprietatem dominium vasallatum ac omne jus quodcunque quod in dicto castro civitate et terra premissis habuimus vel habere possemus in futurum et ea transferimus in dominum nostrum Episcopum predictum capitulum et ecclesiam memoratam nichil juris in eisdem nobis heredibus vel successoribus nostris penitus reservantes. In cujus rei evidens testimonium sigilla nostra presentibus literis sunt appensa. Testes hujus sunt honorabiles viri domini *Fredericus de Eycstede prepositus Colbergensis*, Fredericus de Stegelitz vicedominus Caminensis, Herderus Ghemelin custos Colbergensis, Olricus de Dewitz miles, Hermannus Damisse, Godscalcus Wedelstede, Henningus Pauli, Paulus ejus filius, Vike Drosedowe, Doringk aliique plures fide digni ad premissa vocati specialiter et rogati. Datum et actum Cörlin anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo nono Sabbato ante dominicam qua cantatur oculi mei semper.

(Matric. Camin. T. XVI. p. 302.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. IX.)

Digitized by Google

No. 67.

Eghardus praepositus zu Jaſenitz klagt Biſchof Friderichen, daß ſie kein Lazareth oder Pferghaus für kranke Brüder hätten, dahero er um deſſen Erbauung anhält, dazu er die Kirche zu Gobelenhagen und ihre Einkünfte hergeben möchte, welche Kirche bisher als ein Filial zu Valckenwolde gehört, welches alles Biſchof Friderich accordiret und confirmiret, doch daß der Kranken-Aufſeher den Gottesdienſt zu Gobelenhagen halte, ihnen, wenn's Noth, Sacramenta reiche, die cura animarum aber ſolle nach Valckenwolde verleget ſein.

Anno 1339.

In nomine domini amen. *Fredericus Dei gratia Episcopus* ecclesie Caminensis omnibus Cristi fidelibus presencia visuris seu audituris salutem in domino et habere memoriam subscriptorum. Quando gestorum veritas literis auctenticis inscribitur malignantibus presentium et dubietatibus futurorum precauetur. Qua propter tam presentibus quam futuris cupimus fore notum quod ad nostram accedens presenciam honorabilis et religiosus vir dominus Eghardus prepositus Canonicorum regularium ordinis sancti Augustini monasterii sancte Marie in Jaseniz nostre dyocesis suo et conuentus sui nomine nobis humiliter exponens nullam infirmariam in ejus monasterio predicto hactenus vel ab antiquo fuisse vel actualiter esse propter quod fratres ibidem decumbentes tempore debilitatis in hiis que sibi tunc necessaria defectus nimios patiuntur. Igitur nobis humiliter supplicauit vt quandam infirmariam in dicto monasterio de nouo instaurare et ecclesiam in Gobelenhaghen cum reditibus et prouentibus suis vniuersis ipsi infirmarie applicare vnire et incorporare ac curam animarum dicte ecclesie in Gobelenhaghen adjacentem ad ecclesiam in Valkenwolde sitamque olym ipsius ecclesie parochialis erat filia transferre et apponere dignaremur Nos atque considerantes vtilitatem et necessitatem euidentem infirmorum fratrum in dicto monasterio quandoque decumbentium ex eo quod infirmaria predicta nullis reditibus existit dotata pro statu et honore ac recreatione dictorum fratrum vt premittitur conseruando de expresso consensu prefati domini prepositi suique conuentus ad quos presentatio dicte ecclesie in Gobelenhagen pertinet

Digitized by Google

et hactenus pertinuit diligenter adhibito ipsam ecclesiam in Gobelenhaghen propter causas premissas prefate infirmarie cretenus applicauimus vniuimus et incorporauimus et per presentes applicamus vnimus et incorporamus ac omnem vtilitatem vsufructum ecclesie memorate cum suis pertinentiis juribus reditibus et obuentionibus vniuersis quocunque nomine vel vocabulo possunt nuncupari in ipsam infirmariam et infirmarium qui nunc est et in omnes ejus legitimos successores in perpetuum transferimus jugiter permanendam vt ex ea et fructibus ipsius fratres infirmi qui fuerint eo facilius et commodius possint recreari cum moderatione tamen juris canonici vt magister infirmarie qui pro tempore fuerit per se uel per alium fratrem ejusdem ordinis ydoneum diuina celebret populo et plebi ad dictam ecclesiam Gobelenhaghen pertinenti sibique cum oportunum fuerit ecclesiastica ministret sacramenta et regimen habeat eorundem juraque episcopalia soluat quandocunque se obtulerit facultas. Curam vero animarum que dicte ecclesie in Gobelenhaghen hactenus adjacebat apponimus per presentes ecclesie et Valkenwolde quondam ejus filie jugiter permanendam. In cujus rei testimonium presens scriptum super hoc confectum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum et actum Stetyn anno domini M. CCC. XXXIX. in die diuisionis beatorum apostolorum.

I. P. P. T. X. p. 76.

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. IX.)

No. 68.

Herzog Barnim III confirmirt dem Kloſter Reynfeldt bei Lübeck die alten Privilegia und Güter und ſchenkt demſelben das Eigenthum der Mühle binnen den Mauern der Stadt Treptow an der Tollenſee.

Anno 1340.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Barnym Dei gracia Stetynensis &c. Dux recognoscimus in hiis scriptis firmiter protestando Quod omnes literas et singula privilegia sollempnitate debita et maturo consilio prehabitis. Abbati et conventui monasterii in Reynefelde a progenitoribus nostris pie recordationis et a

Digitized by Google

karissimo patre nostro Ottone. principibus et Ducibus Stetinensibus concessa, quod omnes articulos in eis contentos ratificamus approbamus et confirmamus nolentes ipsis in aliquo derogare sed firma et illesa perpetuo permanere. Sane super hoc ob honorem Dei sueque gloriose matris et virginis semper Marie et pro anime nostre et progenitorum nostrorum simul et successorum remedio et salute dictis abbati et conventui monasterii nominati donavimus et in presentibus donamus proprietatem molendini intra muros civitatis nostri Alden Trepetow siti et existentis sicut nunc est cum omnibus suis edificiis et attinenciis una cum proprietate census quem jam habent in illis vel fortassis in posterum obtinebunt ut ipsis in perpetuum absque impedimento aliquo libere perfruantur Cassantes omnes literas huic privilegio contrarias et eas quoquo tempore confectas viribus vacuantes. Prefatos quoque abbatem et conventum ac singulas personas ejusdem monasterii Reynevelde nec non villas possessiones et bona cum colonis ipsorum sub nostra protectione recipimus speciali ita quod eis non inferemus nec quantum in nobis est inferri permittemus violentias et injurias sed eas et ea quantum nobis est possibile potius defendere debebimus et tueri. In cujus donationis confirmationis et omnium premissorum evidentiam firmiorem sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum et actum Lübeke anno domini M°. CCC°. quadragesimo, feria sexta proxima post octavam assensionis domini. Presentibus Generoso viro Johanne Comite Guscowensi. Bernardo Bere preposito ecclesie Camynensis. Martino Rotermunt. *Dubzlao de Eycstede.* Wernero de Zweryn. Fritzkone de Bertekow, militibus et aliis quam pluribus fide dignis.

(sub n. 10. Fast. XI. n. Reg. or. Arch. Pom.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. IX.)

No. **69**.

Herzog Swantebor u. Bugſchlaff confirmiren der Stadt Gartz die Briefe von 1325 u. **1340** u. vermehren dieſelben.

Confirmation Anno 1397.

Wy Swantebur undt Bugſlaff Brůdere vann Godes gnaden der Pommere der Wenden der Caßuben Herren, Her-

togen thu Stettin, Bekennen und Betügen vor allen, der deße Breeff thukumptt, datt Wy hebben geſeen, Hertoge Otten Breeff unſers leuen GroteVaders Sehligen dechteniße, die aldies ludet: Wy Otto van der gnade Godes der Wende der

Caßuben der Pommern Herr, Hertoge thu Stettin ꝛc. Betuegen undt Bekennen vor allen die deßen Breef ſeen effte hören, datt Wy unſen leuen undt getruwen, Rhatmanne undt der Meenheit Unſer Statt Garz hebben gegewe de gewaldt, undt geven in deßem Jegenwordichen Breue die Vrye Macht efft de Rhadtmanne unſer Statt Stettin ane Unſe Meine gebodt, ein ſunderliek Vorbidendt deden gegen de Unſen van Garz, Alſo datt Ere gudt die van Garz nicht Daelwartt *) tho dem Verſchen edder Soltten have führen müſten, Effte nicht thun em Ere gudt van Daelwartt wedder upbringen mochtten van dem Vorbenömeden haue, So mögen de Vorbenömede de von Garz undt die ganze Meinheitt wedder vorbyden, dat neen gudt wente thue Stettin van baven dael Schöle nedder führet werden. Des thu Tügen, ſo hebbe wy unſe Ingeſegel heten hengen vor deßen Breeff In der Jegenwordicheit unſes Rades Scholen tieß, Paridam van Wacholdt, Henningk Moroch, undt vele mehr ander Lovewerdich. Gegeuen und geſchreuen in Unſer Statt thu Gartz na der Bordt Gades drüttenhundert Jhar darna in deme Vyff undt Twintigſten Jhare, an deme Morgen Gereonis undt Victoris und erer geſellen, der hilligen Mertellen.

Vortmehr So kenne wy Swantebur und Bugſlaff Derſuluen vorſchreuen gnade, datt wy hebben geſehen die beſtedinghe unſes leuen Vaders Hertogen Barnimbs, des Breues de he den Unſen van Gartz darub woll beſegeldt hefft gegeuen in deßeme Lude: In dem Name der hylligen dreVölicheitt

unuerdeilet Amen. Wy Barnim van der Gnade Godes der Wende der Caßuben der Pomern Herr, Hertoge thu Stettin Bekennen und Tüegen Openbahrliek, datt wy medt Rypem Rade, undt mit Vorbenömeden Vryen Willen, Unſen Leven getruwen Rhatmanne undt der Meenheit unſer Statt Gartz, dorch menniges truwes

*) Daelwartt, herunterwärts, niederwärts.

deenſtes willen, De uns van En bewyſet iß, Alle Ere frigheitt, alle Ere Eigenicheit, Ere Ende undt all ere Recht, und all Ere ſundrige Recht, alſo ſen medt eere Redeliken Breue Redeliken bewyſen mögen, de en daruppe gegeuen und geſchreuen ſyn, Van den Jhrlüffteden furſten Uſen Leuen Vorolderen, Alſe van Barnym Uſeme GroteVader van Mechtilden Uſe GroteModer, Unde van Uſen leuen Vedderen Bugſlaue und Barnim Sehliger dechtenuße Hertogen thu Stettin, Undt van dem Jhrlüffteden Furſten Otten der vorbenömeden gnaden hertoge, Unſes Leuen Vaderß, So geve wy em Jegenwördigliken, undt Vaſten ſie, undt beſtedigen ſie, undt willen dat Se Eniger erver ſtücken van unß edder van Unſen Nakömmelingen Schölen werden Verhindert, effte Vorwaldiget, Jenigerley wyſe Man wy willen ſe faſte und Unbeſeeriget beholden. Undt des thu einer gröter apenbahringe deßer beſtedinge, So hebbe wy den Rhattmanne und der Meenheitt unſer Stadt Garz, *) . . .
. . . . Na der Bordt Gades drütteinhundert Jhar, darna in dem Veertigſten Jhar, des Dages Unſer leuen Fruwen, alſe ſie thu hemmel Voer. Die Tügen die hieröver weſen ſindt, Sindt Herr Behrendt Behre Praueſt tho Cammin, Dubſchlaff von Eikſtede, Werner von Swerin, Riddere, Dietloff Eickhorſt unſe Droſte, undt Vele mehr ander Lüde, die Lovenwerdych ſyn.

In deme Nahme des Vaderß, unndt des Söhneß und des hylligen Geiſtes Amen. Bekennen wy Swantobur undt Bugſchlaff Brüdere Vor Unß und alſe unſe Nakömelinge, undt vor allen de deßen Breeff ſeen, höeren effte leſen, der Vorgeſchreuen gnade Hertogen der ꝛc. der ꝛc. Allen Vorſchreuenen undt genömet. Datt wy unſen leuen getruwen Rathmanne undt Meenheitt unſer Stadt Garz vorth beſtediget hebben, unde beſtedigen in Vrkunde deßes Breues, Unſes leuen GroteVaders Hertogen Otten, und die beſtedinge unſes leuen Vaderß, Hertogen Barnimbs Sehliger dechtniße, by aller Macht Vryheitt und Rechttigkeit tho latende, und darby thu beholdende unde wy ſie dar nicht ahne thu krenekende, und noch de Unſen, die Syn we ſe ſyn, Men ein See, Lever tho beterende.

*) hier fehlt etwas in der Schlußform.

Digitized by Google

Vorttmehr ſo bekenne Wy Vorgenandte herr, Hertogk Swantobur undt Bugſchlaff, datt wy met wohlbedachtem Mude, unde med Rhade unſes leuen getruwen Rades, Uſen leuen getruwen Radtmanne undt der gantzen Meenheitt Uſer Statt Garz, de nu ſyn, und thokamende ſyn werden, dorch MennichVoldicheit Truwes deenſtes, den ſe uns Vaken undt Vele bewiſet und dahn hebben, Hebben gegunnt geuen und Voreinigen tho ewigen tyden thu brukende. Weret dat de Uſen van Stettyn de Uſen van Gardz hinderden an ereme gude, dat were an korne edder woran anderß, Sunder unſer eigen Meine gebodt Uſes Landes, datt ſy Sandenn Nedder-wartt thu dem Vreſchee effte ſoltenen have, dorch Ere Vüe-dinge willen, Edder vann Nedder upwartt van dem Vorbe-nömeden have brächten thu ereme Slote. Ock Effte de Uſen van Stettyn hinderde de Uſen van Golno, van deme Damme, van dem Warpe, van Vkermünde, edder Jennigen Kopmann an Ereme gude idt were an Korne edder an Welekerlye gude dadt idt wehre, Alſo datt die Uſen van Stettin See dorch eren Bohm nicht laten wolden, wen ſe van deme have up-wartt wolden, Edder wenn ſee van baven daell nedderwartt quemen, undt de van Stettin ſe darna beſtütteden mitt erem beſchlaten Bome, So ſcholen de Uſen van Gartz, wedder Mechtich ſyn, dat ſee allerley gudt datt den van Stettin thu-behöret, datt Sy der Statt edder erer borger, datt Sy watt gutt datt idt ſy datt vor Uſeme Slote vor Garz hengeitt, effte werdt geſhüret, idt kame van bouen daelwartt, edder van undder upwartt, Mögen wedder upholden und hinderen, Unde datt Schall wedder Unſe gnade nicht Syn, edder Uſen Eruen, de Na uns kamen werden.

Vortmehr wehret, dat dy unſen van Stettin die Uſen von Gartz dwüngen uppe toll des dy gevryet ſyn in unſen Landen, So ſchölen und mögen de Uſen van Gartz an deme gelike wedder Mechtich ſyn Toll thu nemmende, van ereme gude der vann Stettin, datt ſchall ock wedder uſe gnade nicht ſyn edder Uſer Eruen die Na uns kamen werden. Uppe datt, datt alle Vöhrbenomeden ſtücke van unß undt van Uſer Nakömelinge wegen vaſt blyven undt Ewiglike ſtede werden holden, So hebbe wy vorbenömede Vreue der Uſer Twyer Ingeſegel medt geheete undt wittſchop, und Med uſeme Woll-bedachttenn Mude thu Tügen laten hengen an deßen Brieff. Die gegeuen und ſchreuen iß, in Uſer Statt Garz, na der

Bort Gades, drütteinhundert Jhar, darna in dem Söven undt Negentigſten Jhare des Vrydages na Sunte Johannis Evangeliſten Dage, alſe he in deme Deele geſoden wartt. Die Tügen die hieröber weſen ſindt, Seindt Eggardt von Sydo Uſe Houemeiſter, Hynriek Vokke Rode, Hans kluxs, und Herr Volze Elßholtt Uſe Schriver, Unde vele Mehr andere Lüde die Loven werdich ſyn.

(Dipplomat. Civit. Gartz. ungedruckt.)

No. 70.

Der Herzöge Otto und Barnim von Pommern Erklärung über die Eventual-Huldigung einiger Städte.

Anno 1340.

Nos Otto et Barnym dei gratia stettinensis Slavie Cassubiae et pomeraniae duces, universis praesentes visuris, seu audituris cupimus fore notum quod nos effecimus virtute placitorum inter serenissimum dominum dominum Ludovicum Romanorum Imperatorem, ejusque progenitum Ludovicum Marchionem brandenburgensem avunculum nostrum dilectum ex una et nos parte ex altera habitorum vice quod duo potiores de Consilio civitatum nomine communitatis civitatum Piritz Gartz Penkun et Treptow fidelitatem praestiterant, et praestiterunt, homagium generoso principi Ludovico Marchioni brandenburgensi avunculo nostro praedicto, ipsiusque fratribus et eorum heredibus legitimis ad perpetuo obediendum secundum tenorem placitorum fideliter parendum, attemptare bona fide debebimus, si cum universitatibus et communitatibus civitatum praedictarum, quod ipsis ut praemittitur fidelitatis praestant homagium, efficere poterimus quovismodo, sin autem extunc id sibi infra hinc et festum Walburgis proximum nostris certis nunciis notificare volumus sive scriptis, nolentes verum id si cum praedictis civitatibus homagium quod faciant ut praemissum est efficere non poterimus prioribus placitis inter ipsos et nos habitis aliqualiter derogare, In cujus rei testimonium secretum nostrum scilicet ducis Barnym memorati praesentibus est appensum, Datum Grimnitz praesentibus venerabili in Christo patre domino *frederico episcopo Ca-*

minensi *), Bernerdo bever praeposito ecclesiae ejusdem *dubuslaw de eckestede*, Wernero de Swerin militibus Ceterisque pluribus fide dignis. Anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo, feria secunda post dominicam Letare.

(v. Raumer Cod. diplom. brandenb. continuatus. Pag 17.)

No. 71.

Die Herzoge Otto und Barnim verleihen der Stadt Garz das Münzrecht.

Anno 1340.

Jnn Godes Nahmenn Amen. Wy Otto uñdt Barnym Syn Sône van der gnade Godes herthogen thu Stettyn, Pomerenn, Weñde und Caſſubenn, Bekennen openbahr in deßeme Jegenwordigen Bryve, datt wy unſen lyven truven Radt Lüden und Meinheitt uſer Statt thu Garz, dorch erer Truveheitt wille de ſe by unſen oldern gedahn hebben undt by unß, So gebe wy em und orloten thu der Ewigen tydt, thu betheringe Uſer Statt, undt datt Sie deſto beter unß thoſteden mögen Stan wens unß nott iß, So hebbe wy em gegunt der Münte wöhnliker Penninge, undt Scholen ſin in aller erer Wicht undt in Alem gude holden, Alſo Alſeme Uſe Münte thu Stettyn hefft, Alſo datt men einem gywelken Manne Mach mede vuel duen.

Jn deßen Penningen Schole wy Sie waren in erer Münte unde up erem Brede Edde dy ghene den wy ditt bevehlen. Unde wehre datt dy Penninghe Achteyn Penninghe thu licht wehren, edder thu Swar, dar ſcholen ſy ungenaret van uns weſen. Jn deßem Jennigen will wy datt Sy niemandt an hindere, und dedet wie, dar ſchole wy Sie affentweren. Tuege ſindt her B. Bere Dom Praweſt thu Cammyn, H. Pokelent, Dubbeſchlaff Eickſtede, Ar. Swan, Wer. van Swerin, Vritze van Berteko, Riddere, B. van Eickſtede, Knape. Deſſe briff is gegevenn unter uſen Jngeſegeln in Uſer Statt Gartz, Alſeme tallet na Godes bortt Drütteinhundert Jhar, in deme Viertigeſten Jhare Jm Sunte Gertruden tage der hilligen Jungkfrowen.

(Dipplomat. Civit. Gartz. ungedruckt.)

---

*) d. i. Friedrich v. Eickſtedt.

No. 72.

Anno 1340.

In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis Amen. Nos Barnym Dei gratia Stettyn-Pomm. Slauiae Cass. Dux uniuersis christi fidelibus praesentes literas visuris ac audituris significamus lucide protestando. Quod nos maturo consilio praehabito mera liberaque voluntate dilectis ac fidelibus nostris consulibus et communitati ciuitatis nostrae Gartz ob meritorum variorum fidelitatem ab ipsis nobis exhibitam omnes libertates proprietates, limites seu terminos ac omnia singula iura, prout literis rationabilibus rationabiliter ostendere poterunt super haec conscriptis, et eis datis ab Illustribus principibus nostris charissimis progenitoribus vß Barnym nostro Auo, Mechtilde nostra Aua Ducissa et Buggeslawo et Barnym patruis nostris Ducibus Stettyn piarum recordationum, et ab Illustri Principe Ottone Duce praemissorum, patre nostro carissimo, per presentes damus, ratificamus et confirmamus nolentes ea in aliquo articulorum suorum, per nos aut nostros successores infringi aut violari quouismodo, Sed magis ut praemittitur firma et illaesa permanere. In huius nostrae Confirmationis euidentiam firmiorem praesens scriptum consulibus et communitati dictae nostrae ciuitatis dedimus robore nostri sigilli communitum. Datum in praedicta nostra ciuitate Gartz Anno Domini M°. CCC°. XL. ipso die Assumptionis beatae Mariae. Testes huius rei sunt Dominus B. Bere praepositus Ecclesiae Camminensis, *Dubbeslaus de Eyckstede,* Wernerus de Swerin, milites, Dytliuius Eykhorst Marscalcus nostrae curiae, Con. Elsholt Magr. nostrae coquinae, Brunwardt de Eykhorst dapifer nostrae curiae, famuli, et alij quam plures fide digni.

(Dipplomat. Civit. Gartz. ungedruckt.)

No. 73.

Anno 1340.

Wy Otto und Barnym van gots gnaden to Stettin der Wende Caſſuben und pomern Hertoge, begern kůnt to werden allen dy diſſen brief ſehen oder horen leſen. datt wy verfuget

Digitized by Google

hebben In macht der bedynge tuſchen dem durchlüchtigen Hrn., Hrn Lodewige. Romiſchen keyſer, und ſinen erſtgebornen Son Lodewich Marggrauen to Brandborch, unſen liuen Ohemen an einem, und uns van dem andern deile gehat, Alſo dat twe dy vornemiſten des Rades der Stede, im Namen der Gemeinheit der Stede piritz, Gartz, penkün, und Treptow getruwes eid und huldungsplicht gedan hebben. Deme Edelen forſten. Lodewige Marggreuen to Brandborg unſem Oheim vorgenañt. auch ſeinen brüdern. und eren Rechten erben. to ewigem gehorſam, nach Inhalt der bedinge getruweliken gehorſam to ſin, Ock ſcholen wy mid guden gloūen verſuchen efft wy mid der gemeynheit der Stede, vorgenant, dat ſy en alſo verplicht is Huldungsplicht doen einigerley wiſe verſuchen mogen. Were auer dat nicht geſchen, Alßden willen Wy en dat tūſchen hir und ſunte walburges Dage nechſtkamend, durch unſe wiſſe bodeſchapp. odder ſchrifft to weten don, Willen ock nicht, efft wy mid den vorgenanten Steden ſulke Huldung to don, nicht verſuchen konden, den vorigen bedingen tuſchen En und uns gehat, In keinerley weis entkegen to ſin in welker Dinge. to tuchnis is unſer Hertoch Barnim Secret vorgnant hiran gehangen Gegeuen to Grimnitz, In gegenwertikeit des Erwerdigen in got vaders HEr Friedrichs Biſſeſop to Cammyn. BernardsBeier prouest daſelbſt, Duptzlaf von eickſtede, werners von Swerin, Ridderen, und ander gnuck gläubwirdigen. Na gots gebort Thauſent dryhundert und im virtigſten Jare, am Mondage na dem Sondage Letare.

(Copiale No. 13. Kammergerichts-Archiv.)

(Dieſelbe Urkunde befindet ſich hier noch einmal in Lateiniſcher Sprache, der Schrift nach ſcheinen Beide gleichzeitig gefertigt worden zu ſein.)

No. 74.

Herzog Otto I ſchenkt dem Hoſpital st. Georgii, ſo damals vor Stettin belegen geweſen, 10 Hufen Landes in Völſchendorf, die vordem Bertram v. Eickſtedt inne gehabt und beſeſſen.

(Nach Friedeborn corrigirt.)

Anno 1343.

In nomine domini Amen. Nos Otto Dei gratia &c. Dux. Ad perpetuam rei gestae memoriam. Coram uni-

versis Cristi fidelibus cupimus pervenire lucide protestando per presentes. Quod ob reverentiam Omnipotentis Dei, intemerataeque Mariae virginis matris ejusdem, et ob salutem animarum Progenitorum nostrorum videlicet domini Barnymi patris nostri predilecti, et inclutae dominae dominae Mechtyldis matris nostrae charissimae, fratrumque nostrorum domini Bughezlay et Barnymi felicis memoriae peccatorumque nostrorum in remedium maturo nostrorum fidelium praehabito consilio decem mansos in campis et terminis villae Volzkendorp in terra nostra Stetynensi situatos cum duobus sexagenis pullorum, cum omnibus suis utilitatibus commodis et fructibus, libertatibus, juribus, tam infimis quam supremis, servitutibus tam rusticalibus quam urbanis, Cum decima, et aliis libertatibus et obventionibus quibuscunque: quemadmodum *Bertramus de Eygstede* proprietatem horum decem mansorum liberius a nobis hactenus habuit et possedit: Domui sancti Georgii ante civitatem nostram Stetyn locatae, ad sustentationem pauperum, ibidem degentium appropriavimus et dedimus appropriamus atque perpetuo damus in his scriptis absolventes nihilominus et solutos dimittentes prefatos decem mansos, et ipsorum colonos, a solutione precariarum, et aliarum exactionum quarumcunque, et omnibus servitutibus quocunque nomine censeantur, nobis, nostrisque successoribus inde faciendis. Volentes etiam ipsos uti perfrui et gaudere cum aliis dictae villae inhabitatoribus, pratis, pascuis, aquis, rivulis, piscationibus, lignis, rubetis, et aliis libertatibus illi ville concessis omni impedimento postergato. Renunciamus insuper generaliter omnibus in hiis scriptis quae nobis, nostrisque successoribus in eisdem decem mansis competebant, aut competere poterunt in futurum; Jus, jurisdictionem, pariter et domum ac proprietatem decem mansorum eorundem in dictam Domum sancti Georgii, ante civitatem Stetyn liberaliter transferendo. Damus deinceps ex speciali nostra gratia et indulta provisoribus dictae domus, qui eidem pro tempore praefuerint, liberam facultatem de eisdem mansis pro usu ipsius domus, et necessitate pauperum disponendi et ad divinum cultum in eadem domo applicandi, prout ipsis videbitur opportunum. Ne autem hujus appropriationis nostrae donatio seu donationis ap-

Digitized by Google

propriatio dictorum decem mansorum a quoquam violetur seu aliqualiter defraudetur, praesens scriptum desuper confectum dari jussimus, sigilli nostri munimine roboratum. In evidentiam et testimonium omnium praemissorum. Testes hujus rei sunt dominus Jhoannes Glazenap Archidyaconus Pyricensis. Hynricus de Schenynghe noster marscalcus. Conradus Uchtdorp. Hynricus Swan noster advocatus. Arnoldus Swan nostre coquinae magister, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Stetyn per manus Hinrici Preszel nostrae curiae notarii, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tercio ipso die beate Katherinae virginis gloriosae.

(Archiv der Stadt Stettin.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. IX.)

No. 75.

Herzog Otto I concedirt dem Bertram v. Eickſtedt das Eigenthum über 12 Hufen in Völſchendorff frey von aller exaction und Beede, und mit der Macht, ſolche ad pios usus zu verwenden.

(Nach Friedeborn corrigirt.)

Anno 1343.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis amen. Otto Dei gratia &c. Dux, omnibus in perpetuum. Expedit necessario et civile est actus hominum ne discursu temporis in oblivionem deveniant linguis testium, et auctentico scripturae futurorum memoriae commendari Juxta quod notum esse cupimus tam presentibus quam futuris: Quod ob reverentiam Omnipotentis Dei, intemerataeque Mariae Virginis matris ejusdem, Nec non ob salutem animarum progenitorum nostrorum domini Barnymi patris nostri dilecti, ac dominae Mechtyldis, matris nostrae karissimae, fratrumque nostrorum domini Bughezlay et Barnymi felicis recordationis, peccatorumque nostrorum in remedium, et de maturo nostrorum accedente consilio et heredum nostrorum nomine; Dilecto nobis et fideli vasallo *Bertramo de Eygstede,* suisque haeredibus legitimis, propter ejus gratiosam voluntatem, duodecim mansos in campis et terminis villae dictae Volzekendorp in terra nostra Stetyn situatos cum omnibus suis utilitatibus, commodis,

Digitized by Google

fructibus libertatibus, juribus, tam infimis quam supremis servitutibus tam rusticalibus quam urbanis, et quibus aliis obventionibus et pertinenciis, videlicet, pratis, pascuis, lignis, nemoribus, rubetis, aquis stantibus et currentibus, molendinis constructis et construendis, agris cultis et incultis, appropriavimus et in hiis scriptis perpetuo appropriamus atque damus absolventes nihilominus et solutos dimittentes prefatos duodecim mansos, et ipsorum colonos, ab omni solutione praecariarum et aliarum exactionum quarumcunque, et omnibus servitutibus, quocunque nomine censeantur, aut censeri poterunt, nobis, nostrisque successoribus inde faciendis, Volentes ipsos colonos dictorum duodecim mansorum, uti, frui, et gaudere, omnibus dictae villae inhabitatoribus divitus concessis quem admodum ipsi liberius contenti. Renunciamus insuper generaliter omnibus in hiis scriptis, quae nobis, nostrisque successoribus in memoratis duodecim mansis competebant, aut competere poterunt in futurum, Juribus, jurisdictionibus, nihilominus, et dominio ac proprietate eorundem, ad omnium cultum quocunque modo disposuerit transferendo, Damus insuper et in presentibus ex speciali nostra gratia dicto Bertrammo, et suis heredibus liberam facultatem sepedictos duodecim mansos, cum omnibus suis proventibus et emolumentis superius expressis, ad divinum cultum applicando perpetuo, cum sibi videbitur oportunum, aut ipsos vendendo, de nostro favore et consensu, ipsos saltem ad divinum cultum convertendo, Nolentes ipsos de nostro dominio aut ducatu per ullum eventum alienari, Inhibentes universis nostris officialibus, advocatis et vasallis ne memoratum Bertramum, aut alias personas, quae per ipsum vel alium quemcunque in beneficiis *) fuerint, preordinatae in singulis premissis ausu temerario aliqualiter presumantur impedire, Sed potius ipsum vel ipsos promoveant cum effectu. Ne igitur nostrae appropriationis donatio, aut donationis appropriatio dictorum duodecim mansorum in posterum a nobis, nostrisque successoribus aliqualiter defraudetur; presens scriptum dari jussimus nostri sigilli munimine roboratum in evidentiam et

---

*) Im Friedeborn ſteht hier: „rebeneficus."

testimonium omnium praemissorum. Testes hujus rei sunt dominus Jhohannes Glazenap archidyaconus Pyrizensis. Hynricus Pokelenthe. Vycko de Hyndenborch milites. Hynricus de Schenynghe marscalcus. Wedego Bazedoū nostrae curiae magister. Arnoldus Swan nostre coquine magister et alii quam plures fide digni. Actum et datum Dampnitz per manus Hynrici de Preszel nostre curiae notarii. Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo tercio feria tercia post dominicam Esto mihi in Deum prolectorem.

(Orig. im Archiv der Stadt Stettin.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. IX.)

No. 76.

Biſchof Friderichs Confirmation da die Kalands-Brüderſchaft eine Vicarie ſundiret und ſolche dem Presbytero Amelungh zugeleget.

Anno 1343.

Fredericus Dei gracia Camynensis ecclesie Episcopus vniuersis presentes literas visuris salutem in domino accedentes ad provinciam nostram dilecti nobis in Cristo Wluoldus plebanus in Merin Decanus et Hermannus plebanus in Rüsow Camerarius fratrum Kalendarum inter Persantam et Radujam flumina exposuerunt nobis quomodo piis suorum confratrum elemosinis jam actu congregarunt centum et triginta marcas monete currentis cum quibus intendunt comparare perpetuos reditus pro fundanda vicaria seu altari conferendo capellano seu altariste qui memoriam habeat fratrum predictorum. adaugere nichilominus intendentes hujusmodi reditus ipsorum fratrum donacionibus successiue. Verum ne prefate centum et triginta marce de cetero ad prophanos vsus redeant ad peticionem dictorum Decani et Camerarii prefatam pecuniam ad diuinum cultum adscribamus et perpetuamus et domino Amelungho presbitero ad presentacionem eorundem vsum ipsorum quamdiu vixerit contulimus et presentibus conferimus vt pro ipsis in diuinis deseruiat et fideliter reseruet donec comparentur perpetui reditus ad altare perpetuum quod altare ipse Amelunghus temporibus suis possidebit post mortem vero ipsius dicti fratres

alium presentabunt. Datum Cörlin anno domini Millesimo CCC°. XLIII. in crastino sancti Gregorii nostro sub sigillo.

(I. P. P. T. VI. p. 370.)

(v. Dreger Cod dipl. Pom. Vol. IX.)

No. 77.

Herz. Barnim III u. ſeine Gemalin Agnes geben dem Kloſter Colbatz ihre Mühlen zu Demmyn u. verordnen, was die Mönche dagegen für geiſtliche Officia verrichten ſollen.

Anno 1343.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Quia sedenti in solio majestatis in excelsis sunt delicie in hac valle misericordie etiam cum filiis hominum habitare ut sedulis devotorum suorum precibus exoratus misericordiam querentibus de pietatis sue habundantia copiosius largiatur. Nos igitur Barnym Dei gratia &c. Dux universis Cristi fidelibus ad quorum noticiam presentes litere pervenerint. volumus esse notum. quod de bonis nostris ab ipso dominantium domino nobis temporaliter collatis cultum sui sanctissimi nominis ampliare toto cordis desiderio cupientes. Ad laudem et gloriam ejusdem Dei omnipotentis ipsiusque matris Marie virginis gloriose ac sanctissimi confessoris beati Ottonis Episcopi qui progenitores nostros totumque ducatum ad rectam Cristi fidem et ad katholicam convertit veritatem atque omnium sanctorum. Obque salutem animarum nostre videlicet et dilecte conjugis nostre illustris ducisse Agnetis ac progenitorum et liberorum atque successorum nostrorum dedimus tradidimus et obtulimus et presentibus litteris damus tradimus et offerimus propter Deum pure libere simpliciter et irrevocabiliter perpetuo proprio jure religiosis viris et in Cristo nobis dilectis Domino Goswino abbati et conventui monasterii Colbacensis ordinis Cisterciensis Caminensis diocesis eorumque successoribus molendina nostra sita prope civitatem Demyn jam constructa et que construi poterunt in futurum libera absque omni pensione. et proprietatem eorundem cum judicio supremo et infimo cum omnibus suis terminis et limitibus ac omnibus et singulis que infra ipsos continentur. nec non juribus libertatibus

Digitized by Google

emunitatibus accessibus et egressibus suis fructibus quoque et proventibus qui quondam de ipsis molendinis poterunt haberi et nunc habentur vel haberi poterunt in futurum et cum omnibus ac singulis ad eadem molendina pertinentibus videlicet agris pratis aquis et piscationibus actionibus et requisitionibus nobis ex dictis molendinis vel pro eis aut ipsis quomodolibet competentibus. Sicut progenitores nostri et nos ipsa dinoscimur hactenus possedisse. Ad habendum tenendum possidendum. et quicquid eisdem abbati et conventui vel eorum successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum. Inducentes ipsos per presencium litterarum traditionem in perpetuam corporalem possessionem omnium predictorum. Nichil juris proprietatis vel dominii nobis et nostris heredibus ac successoribus quibuscunque in dictis molendinis quomodolibet reservantes. Damus etiam eisdem abbati et conventui plenam et liberam potestatem pro aquis congregandis et aggere exaltando. quando et ubi eis expedierit terram et cespites fodiendi. Insuper volumus et efficaciter prohibemus ut nullus omnino hominum cujuscunque status vel conditionis existat. supra juxta vel infra prelibata molendina aut intra dictam civitatem Demyn seu extra in aqua vel in terra qualiacunque molendina in prejudicium dictorum abbatis et conventus edificare debeat vel presumat. Ut autem universorum domino de dictis molendinis et eorum proventibus in prefato monasterio Colbacensi tam debitum quam devotum ministerium perpetuis futuris temporibus prebeatur. Volumus et ordinamus ut ante summum altare in ecclesia dicti monasterii ad honorem corporis Jhesu Cristi salvatoris nostri cereum lumen die et nocte ardens jugiter habeatur. Ut item sex lampades in locis infrascriptis die ac nocte indeficienter ardeant, quarum una in capella sita in cimeterio dicti monasterii in qua missa pro defunctis diebus singulis celebratur. secunda in capella sancti Ottonis. tertia ante altare sancti Johannis baptiste. quarta ante altare beati Bartholomei apostoli. quinta ante altare sanctarum virginum quod beate Katharine intitulatur. Et in duobus dormitoriis infirmorum singulis noctibus due lampades pro eorum commodo habeantur que ambo pro una computari debebunt. hoc sane adjecto quod propter hujusmodi nostram lam-

Digitized by Google

padum instaurationem consuetus in dictò monasterio lampadum numerus non debeat minorari. Preterea ut fratres prenominati monasterii Colbacensis corporaliter recreati valeant universorum creatori in divinis laudibus ferventius famulari Volumus et ordinamus ut ipsis ad eorum recreationem in festis et diebus infra scriptis de reditibus dictorum molendinorum. decem servicia ministrentur. quorum serviciorum primum fieri volumus in festo nativitatis Cristi. secundum in cena domini. tertium in festo ascensionis ejusdem. quartum in assumptione Marie virginis gloriose. quintum in die beati Ottonis episcopi et confessoris in quo debet Specialis et propria de ipso servari historia et in summa missa Alleluja filie Syon letamini et exultate in domino. decantari et per totam ipsius octavam tam in vesperis quam in matutinis de eo commemoracio specialis haberi. Sextum in festo omnium sanctorum. Septimum in anniversario illustris principis Ducis Buguzlavi primi *) de progenitoribus nostris Cristiani et fundatoris Caminensis ecclesie et dicti monasterii Colbacensis quod anniversarium septimo Kalendas Marcii est agendum. Octavum in vigilia beati Thome apostoli in qua recolitur anniversarium illustris ducisse Mechtildis quondam uxoris incliti principis Ducis Barnym avi nostri. Nonum in anniversario generose Ducisse Elizabeth matris nostre dilecte et amantissime sororis nostre Mechtildis quod precedente die beate Praxedis virginis est agendum. Hoc adjecto quod cum nos diem claudere contigerit extremum in die defunctionis nostre hujusmodi servitium ministretur. Decimum in anniversario liberorum nostrorum quod in die beati Petri ad vincula peragi volumus cum moderamine infra scripto. videlicet quod cum inclita ducissa Agnes uxor nostra dilecta spiritum suum reddiderit creatori in die sepulture ipsius idem servicium habeatur. volumus

*) Dieſes Bugislai I Vater Wartislaus I iſt ſchon ein Chriſt geworden, wie ältere Urkunden beſagen und was de fund. Colbac. angeführet, iſt auch eigentlich nur von deſſen Beſtätigung zu verſtehen, denn der eigentliche Stifter iſt Herzog Wartilas II geweſen. Vid. C. Dipl. T. I. n. 9. supra, doch weil ſein anniversarium 7. Kal. Marcii begangen ſein ſoll, ſo kann man den eigentlichen Tag ſeines Abſterbens daraus erſehen.

(Anm. v. Pregers Hand.)

et ordinamus ut in quolibet predictorum anniversariorum vigilie et misse pro defunctis in conventu dicti monasterii celebrentur et post summam missam commendatio sollempniter subsequatur. Insuper volumus et ordinamus quod a festo exaltationis sancte crucis usque ad festum Pasche in qualibet commestione singulis personis regularibus in dicto monasterio existentibus unum allec aut assum aut aqua coctum de prefatorum molendinorum proventibus ministretur quotque per totum annum singulis diebus in qualibet refectione unum ferculum personis predictis de eisdem proventibus prebeatur. hoc sane adjuncto. quod propter hujusmodi donationem nostram et ordinationem conventui dicti monasterii de cibis et pitanciis ac serviciis consuetudinariis nichil penitus subtrahatur. sed servicia que idem conventus in prescriptis festis habere consueverat die sequenti congruo ministrentur ibidem. Ceterum volumus et ordinamus quod prefati abbas et conventus virum providum deputare debeant qui predictorum omnium videlicet luminarium serviciorum ferculorum et pitantiarum sit fidelis administrator ac diligens dispensator et in signum accepti beneficii ab omnibus et singulis personis dicti monasterii presentibus et futuris in omnibus missis et horis canonicis ac orationibus peculiaribus omnium progenitorum nostrorum nostri ac dilecte uxoris nostre Agnetis nec non liberorum nostrorum defunctorum ac heredum omnium presentium et futurorum jugis et devota memoria habeatur. Insuper ut dicta nostra ordinatio ad honorem Dei et hominum consolationem salubriter institutam tam in luminaribus quam in serviciis ac ferculis aliis sine defectu aliquo firmiter observetur volumus et ordinamus. quod quocienscunque defectum aliquem in premissis evenire contigerit. tociens Capitulum Caminensis ecclesie a provisore dictorum molendinorum reditus illius anni exigat et requirat nisi ex combustione eorundem molendinorum vel casu fortuito hujusmodi defectus eveniret. Ut autem hec nostra donatio perpetuo grata rata et firma permaneat. presentes litteras inde conscribi fecimus et nostris manibus sigillavimus et sigillatas in festo purificationis beate et gloriose semper virginis Marie predicto. abbate domino Goswino missam celebrante. presente multitudine fidelium pie devotionis

Digitized by Google

affectu super altare posuimus et obtulimus non solum in facte donationis sed etiam in tradite possessionis evidens argumentum. Testes hujus rei sunt honorabiles viri Bernardus dictus Bere prepositus ecclesie Caminensis. dominus Johannes decanus ejusdem ecclesie. et dominus Albertus prior ecclesie Sancti Jacobi in Stetin. Nec non Hinricus de Pokelente. *Dubizlaus de Ekstede.* Vritzo de Berticow. Wernerus de Sweryn. Reymarus dictus Buk et Arnoldus dictus Swane, milites. ac Hinricus de Stegelicz. Detlevus de Eykhorst advocatus noster et Henningus dictus Reberch nostre camere magister, secretarii nostri et plures alii fide digni. Actum et datum in dicto monasterio Colbacensi anno Domini M°. CCC°. XL°. tertio. In eodem festo purificationis sancte Marie semper virginis gloriose. Et nos Agnes Dei gratia Stetinensis Pomeranie Slauie et Cassubie ducissa. devota predicte donationis auctrix et promotrix eidem donationi pium ac devotum prebentes assensum eadem molendina que ex donatione propter nuptias ab inclito principe duce Barnym predicto domino ac marito nostro karissimo nobis facta ad nos pertinuisse dinoscuntur de voluntate et consensu ejusdem. prenominatis abbati et conventui ac eorum successoribus libera et devota voluntate cum omnibus supradictis dedimus tradidimus et obtulimus et presentibus literis damus tradimus et offerimus. transferentes ipsa molendina ac omnia et singula supradicta ad prefatos abbatem et conventum et eorum successoribus ad habendum tenendum possidendum et quicquid deinceps placuerit perpetuo faciendum. Inducens eos presentium litterarum donatione in possessionem predictorum omnium corporalem. In cujus consensus et donationis testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine una cum sigillo predicti domini et mariti nostri karissimi de certa nostra scientia fecimus roborari. Datum loco anno et die quibus supra presentibus testibus supra scriptis ad hoc vocatis specialiter et rogatis.

(matric. Colbac. n. 174.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. IX.)

Digitized by Google

No. 78.

Anno 1345.

Nos Barnym Dei gratia. Stetyn. Pomer. Slauiae et Cassubiae Dux tenore praesentium constare volumus Christi fidelibus uniuersis. Quod dilectis nostris consulibus et uniuersitati oppidi nostri Gartz in tribus millibus talentorum denariorum stetinensium, centum et quinquaginta talentorum denariorum eorundem minus, ex justis nostris debitis rationabiliter et debitione tenemur et sumus obligati. In cujus rei testimonium praesentes literas nostri sigilli munimine dedimus roboratas. Datum Gartz anno Domini M°. CCC°. XLV°. feria quinta ante Dominicam Esto mihi. Praesentibus Henrico de Stegelitz, Henningo de Reberch, *Dytliuo de Eickstede* militibus nostris et alijs pluribus fide dignis.

(Dipplomat. Civitat. Gartz. ungedruckt.)

No. 79.

Herzog Barnim verleihet der Stadt Gartz den Zoll auf dem Damm nach Schwedt.

Anno 1345.

Wy Barnym vann der Gnade Godes to Stettin, der Pomeren, der Wende und der Caßubenn Hertoge, Bekennen des Openbaar vor Allen Chriſtenn Lüdenn in deßeme Jegenwardigen Breue, datt wy mit goden willen undt mit beredem Mude Unſen Leuen Rahtmanne und unſen gemeinen Borgeren unſer Statt tho Garz dorch vele denſtes und gudes willen, de ſe unß bewyſet hebben, Tho beteringe Uſer Stadt tho Gartz und des Dammeß und darby alſeme varet tho Schweth geuer hebben, datt ſe nehmen ſchalen, van deme Perde iiij Stettiniſche Penninge, Und geuen und eigenen datt in deßeme Jegenwardigen Breue, alletydt by en undt by unſer Sadt vorbenömet Ewigliek tho blyben. Vortmehr wehre idt, datt emendt andere wege buten umme vöre, undt en dattſüluige geltt entwöhren wolde, den ſchölen ſe upholden, undt wedder in fhören in Unſe vorbenömede Statt, undt ſchölen midt em vahren alſe einen Recht iſt, datt ſchall wedder unß nicht weſen, Up datt datt alle deße vorbenomeden dinck van Uß Uſer Eruen, undt Uſer Nakomelinge wegen

Veſte undt ſtede bliuen So hebbe wy unſe Ingeſegell an deßen Bryff gehangen. Deße Briff is gegeuen tho Stettyn na Godes Bordt drüttein hundert Ihar in deme Vyff unde Viertigſten Ihare, des Mandages vor Sunte Marien Magdalenen tage. Tuege deßes Dinges ſindt herr Dubſchlaff von Eickſtede, her Hinrik van Stegelitze, Herr Henningk von Reberge, her Dettloff van der Eickhorſt, Riddere, Dyterdt Leweſen, Brunwardt de Eickhorſt und vele mehr bedaruer Lüde, de wohll Ehrenwerdych ſyn.

(Dipplomat. Civit. Gartz. ungedruckt.

No. 80.

Verkauf des Zolles und der Münze zu Stettin.

Anno 1345.

Wi Barnim van der gnaden gades tho Stettin der Pommern der Wenden undt der Caſſuben hertoge, bekennen des fur allen Criſten Luden in diſſem Jegenwerdigen Breffe dat wi mit guedem willen, undt mit beradem muede verkoft hebben, unſen leuen Rathmannen, undt der gantzen meinheit unſer Stadt tho Stettin, unſere Munte und toll darſulueſt, undt laten en, undt geuen undt beeigenen en ewigliken tho bliuende bi unſer Stadt, ohne Jennigerley wedderede, unſer edder unſer Eruen, edder unſer Nakamelinge, fredeliken tho beſittende tho ewiger tidt, Undt wiſen an ſie alle die Jehnen die Lehene hedden, von uns in der vorbenömeden Munte und tolle, die wiſen wi damede an unſe vorbenomeden Rahtmanne undt unſe Stadt tho Stettin, undt wat dar iß gelecht in der vorbenomeden Munte undt tolle, tho Almoſen, dat ſcholen die vorbenomeden Rahtmanne uthrichten, undt wi undt wo dar Stichter ſint der vorbenomeden Almoſen, wo ſick dar Lehnware in beholden hefft, die ſchall ſe fredeliken beſitten, alſe he vor gedan hefft, Wen die fahre der Munte die beholden wi uns edder unſen Eruen, die van uns gebaren werden, effte ſie uns Godt geue, uppe die wortt, Dat alle diſſe Dinge ſtede undt feſte bliuen So hebbe wi unſe Ingeſegel gehangen an diſſen Breff, Diſſe Breff iß gegeuen tho Stettin na Gades bortt 1345 Jahr In aller Apoſtel Dage, Tuge diſſes Dinges ſint, die Begeuene Man, her Gotzwin Abbat tho Colbatz, her Dubſchlaff van Eickſtede, herr Hinrich van Stegelitz, Herr Henning van Reberch, Riddere, Herr Allbrecht Prior

Digitized by Google

von Stettin, de uſe hochſte Schriuer iß undt andere vele bedarue lude de wol ehren werdig ſint.

(Friedeborns Abſchriften von Original-Urkunden, welche die Stadt Stettin beſitzt.)

Dieſe Urkunde iſt ſchon einmal aufgenommen, Beide ſind alte Abſchriften vom Original, doch ſind ſie in Einigem verſchieden.

No. 81.

Herzog Barnim III fundirt die ecclesiam collegiatam st. Ottonis zu Stettin.

Anno 1346.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Nos Barnym Dei gratia Stetinensis &c. Dux profitemur publice litteras per presentes. Quod ecclesiam collegiatam fundavimus instauravimus et ereximus ante curiam nostram in loco castrense civitatis nostre Stetyn ad laudem Dei omnipotentis sueque sancte matris Marie virginis et sancti Ottonis Episcopi qui fuit noster et tocius nostri Ducatus apostolus et baptista. Quoniam Imperatores Reges atque principes pluries Seniores nostros et predecessores hostiliter invaserunt quando fuerunt adhuc gentiles nec ipsos umquam valuerunt ad hoc inducere vel artare ut orthodoxe fidei reciperent sacramentum. Quod solum beatus Otto gracia Dei effecit. Si eciam dicti Imperatores Reges et principes predecessores nostros devicissent. Tunc omnes predecessores nostri et seniores nosque et omnes nostri subditi corporibus et rebus omnino periissemus. Unde utile est et expedit ut immensa beneficia vigili memorie commendentur et talia oblivisci fore peccatum arbitramur. Quia omnipotens Deus de sua sancta gracia dilectum suum servum sanctum patrem nostrum et sublimem apostolum beatum Ottonem misit in universum nostrum ducatum ad nostros predecessores qui ipsos convertit ad sanctam Catholicam. Qui etiam nos in rebus et honoribus ampliavit et animas nostras apud Deum consolidavit. In jure quoque nostro nos omnimode conservavit. Et etiam quod apud nostram mansimus hereditatem de hoc altissimo Deo et sue sancte matri virgini Marie et sancto Ottoni et omnibus sanctis referre non sufficimus devotos gratiarum actiones. Et pro illo maximo istud parvum quid fecimus et exhibemus

Digitized by Google

quod in loco prenominato ecclesiam collegiatam cum Decanatu et duodecim canonicis majores et equales prebendas obtinentibus quorum unus eidem ecclesie preficietur in Decanum Cum aliis inferioribus et minoribus prebendis edificavimus ad laudem Dei et glorificationem sue sancte matris sanctique Ottonis et omnium sanctorum in honorem. Volentes quod canonici predicti juxta ritum sacrosancte Romane ecclesie in matutinis duos ympnos. unum ad nocturnum alium ad laudes et omnes antiphonias de laudibus per totum annum ad vesperas duntaxat devote decantent. Et etiam juxta consuetudinem ecclesie in cujus dyocesi predicta ecclesia est fundata Deo fideliter serviant in divinis. Ita quod memorati Canonici ac ceteri clerici dicte ecclesie orent Deum pro nobis et animabus progenitorum nostrorum et nostra dilecta uxore filiis et heredibus specialiter in missis et singulis horis canonicis anniversariis. Statuentes ut missam pro defunctis et vigilias et missas in qualibet hebdomada non abstante memoria dominorum nisi festum novem lectionum aut sollempnis octava prepediat fideliter et devote studeant observare. Ceterum cum Deo disponente diem nos claudere contigerit extremum. Prenominati Canonici cum omnibus ministris ejusdem ecclesie nostras exsequias cum vigiliis et missis defunctorum et psalterio Davitico cum novem lectionibus et responsoriis fideliter et laudabiliter debent decantare. Et hoc ipsum debent per triginta dies continuare excepta psalterii lectione quam etiam in tricesimo die cum novem lectionibus et responsoriis attente celebrabunt. Finito vero tricesimo per singulos menses ejusdem anni nostre mortis in vigiliis et missis nostram memoriam devote decantabunt. Anniversarium nostre depositionis diem cum vigiliis missis et psalterii lectione cum novem lectionibus et responsoriis singulis annis perpetuis temporibus duraturum devote debent et tenentur observare. Jus vero patronatus et collationem prebendarum Altarium elemosinarum quarumcunque donatarum nobis et nostris heredibus et successoribus Ducibus Stetinensibus reservamus. Unde memorate ecclesie et canonicis ibidem villas mansos et reditus infrascriptos videlicet villam Carow villam Repenow villam Mastorp et totam villam magnam Brezych preter duos mansos in

Digitized by Google

terra nostra trans Oderam prope civitatem nostram Pyritz sitam. cum omni proprietate et jure sex mansos in villa Stoltenhaghen. Duos mansos in villa Dober. Decem et septem mansos et molendinum in villa Rulevestorp cum omnibus terminis et limitibus pratis pascuis piscariis silvis nemoribus ac rubetis et aliis pertinenciis quibuscumque. Et reditus triginta et sex marcarum in villa Beygerschen Sucow ad panes prebendales. Et proprietatem viginti et sex mansorum qui pertinebant Arnoldo et Nicolao dictis Colner militibus in eadem. Et octoginta et quatuor mansos parvos id est quatuordecim mansos magnos curie Colbas ville Zelchow prope Banys adjacentes non tamen ad limites terminos et proprietates ejusdem pertinentes cum stagnis molendino et loco curie cum lignis piscariis agris pratis pascuis aliisque omnibus pertinentiis quocumque nomine censeantur unde nostri progenitores servitium unius dextrarii semper habuerunt. Insuper proprietatem villarum Zelchow jam dicte et Sconenvelde et quadraginta marcas in nostro oppido Warpe. Et quādocunque memorate ville Zelchow et Sconenvelde ad possessionem ecclesie sancti Ottonis pervenerint tunc jam dicte quadraginta marce in Warpe ad Ducatum Stetinensem redire debent integre et ex toto Et reditus centum marcarum denariorum in villa Gulitz et molendinum in eadem. Et quinquaginta marcas in consistorio consulum civitatis nostre Stetyn quatuor mansos in ville Slotenisse specialiter ad decanatum. Et rethe magnum hyemale et aliud estivale quod proprie dicitur Vlemischgarn supra nostrum recens mare ad Custodiam ecclesie supradicte. Insuper totam villam Klützowe cum omni jure et proprietate ad appreciandum duodecim Choralibus aut pluribus et custodibus ejusdem ecclesie. Et viginti et octo marcarum reditus in eadem singulis annis tollendos ad altare sancti Johannis Evangeliste nostri et filiorum nostrorum apostoli. Ceteros vero reditus ejusdem ville ad Custodiam ecclesie sancti Ottonis sepedicte ut ex eisdem cere et tres lampades perpetuis temporibus comparentur assignamus. Et omnia alia bona per nos nostrosque heredes et successores in posterum donanda predicte ecclesie. Cum omni utilitate fructu et usu quocumque nomine censeantur et in quibuscunque consistent.

Digitized by Google

Cum omni jure precariis et quibuscunque aliis proventibus et exactionibus. Cum omni proprietate. Ita quod subditi prefate ecclesie nulle ad aliquid teneantur nisi Deo et ejusdem sancti Ottonis ecclesie decano et toti capitulo pure propter Deum donavimus et appropriavimus donamus et appropriamus in nomine domini per presentes. Volentes quod omnia bona sic per nos nostros heredes et successores data equaliter debeant dividi et distribui decano et Canonicis in propriis curiis eorum circa ecclesiam sancti Ottonis, per se residentibus et expensas tenentibus. Chorum frequentantibus et missas hebdomadales servantibus pro eisdem. Similiter et panes prebendales eisdem debent distribui et largiri. absentibus verò et per se non residentibus nichil dabitur nisi talis absentia esset cum nostro aut heredum nostrorum speciali licentia et favore aut in utilitate ecclesie et profectu. Insuper si aliqui ex canonicis minorem prebendam habentibus missas hebdomadales suo ordine servaverit tali septimana qua hebdomadarius est panes prebendales tollere debet et habere. Jure etiam episcopi prout in aliis ecclesiis collegiatis in sua dyocesi retinet salvo in hunc modum. videlicet quod Decanus immediate erit subjectus jurisdictioni episcopi. Idem decanus etiam dicte ecclesie canonicos per nos nostrosque heredes aut successores Duces Stetinenses receptos debet installare. Insuper si altaria in ipsa ecclesia sancti Ottonis jam constructa aut etiam in posterum construenda vocaverint Altaristis eorundem et vicariis decanus accessum altaris porrigere debet et conferre. Canonici vero vicarii seu altariste ac ceteri clerici seu ministri dicte ecclesie suo decano obedientiam prestent et exhibeant et coram eo duntaxat juri stabunt et parebunt nec aliquis de personis pertinentibus ad ecclesiam sancti Ottonis memoratam aliquo tempore eandem ecclesiam vel ejus ambitum nisi laboret in eadem intrare debet sine sua religione que tantum alba esse debet. In capitio et parte inferiori rotunda pedes undique tangente sic quod anterior vel posterior pars religionis indifferenter ante vel retro verti poterit cum Birretis et canonici cum belfis varii operis solum. Et cum cappis nigris de pulchro panno Cursinis vulgo Cursene subductis. que de melioribus pellibus fieri debent quam sint ovine Et predicte cappe terram debent

Digitized by Google

esse tangentes et non ultra protendentes ut in divinis officiis studiosius pre frigore poterint permanere. Altariste vero capellani et scolares cappas de tali nigro panno parabunt secundum quod quilibet persolvere potest. Preterea in summo altari Canonici aut prelati tantummodo debent celebrare nisi quis causa devocionis suam primam missam ibi vellet celebrare. Ministri vero ejusdem ecclesie in divino officio discantum servare debent juxta consuetudinem Romane ecclesie sacrosancte. Quandocumque autem in una die due misse celebrande fuerint tunc prima et secunda missa debent servari suis certis horis sicut fieri consuevit. Insuper qualibet tercia feria in ecclesia prenarrata singulis septimanis summa missa de sancto Ottone et feria quinta de omnibus sanctis nisi sit in adventu domini vel in quadragesima servari debet nisi hoc aliquod festum impediat. Quod si fiat eadem missa aliquo die in eadem septimana ad hoc competenti debet observari. In quadragesima autem singulis septimanis sextis feriis de sancta Cruce, Sabbatis de domina nostra. Canonici dicte ecclesie debent post terciam observare dummodo aliquod festum non obsistat. Si vero aliquod festum obsistat tunc easdem missas in prima missa que Vrii misse appellatur. debent celebrare. Hoc idem de iisdem missis in sollempnibus octavis debet observari. Preterea in quadragesima quando non sunt novem lectiones in adventu. In quatuor temporibus debent dicti Canonici singulis diebus ante completorium vigilias servare et post terciam missam pro defunctis. Exceptis dominicis diebus terciis feriis et sabbatis et illis quatuor temporibus que occurrunt in festo penthecostes. Insuper si aliquis dominorum quos inibi beneficiavimus vel ad huc beneficiaremus bona emere vellet et suos reditus aucmentare ille potest et debet eosdem reditus ad tempora vite sue cum aliis prioribus reditibus suis retinere. Ipso vero defuncto predicti reditus sic empti ad quoscumque usus ecclesie dicte prout ex devocione ordinaverit penitus devolventur. At vero quitquit de decima aut de pullorum reditibus canonicis ecclesie sancti Ottonis de omnibus bonis que nunc habent vel habere poterint in futurum provenerit presentibus equaliter dividi debet et distribui preter illud quod quis per se emit hoc ad tempora vite

sue habere debet ut est prenotatum. Quicumque etiam de sepedictis canonicis studere voluerit et in studio generali moram fecerit ille omnes reditibus sue prebende ac si presens esset capere debet et habere nisi quod unum dyaconum vel subdyaconum pro ministerio cultu divino in eadem ecclesia debet procurare. offertorium vero quod in dicta ecclesia Sancti Ottonis provenerit debet custos canonicis presbiteris ibidem presentibus equaliter dividere et unicuique partem suam distribuere. Quitquit vero de cera oblatum fuerit de hoc luminaria ad ecclesiam debent comparari. Quitquit etiam donatur structure in eadem ecclesia sive sit in offertorio quod super altare non offertur vel in testamento hoc manere debet apud eandem ecclesiam de quo necessaria ecclesie debent comparari. Neque laycus debet esse procurator seu provisor ejusdem ecclesie. Et provisores a capitulo electi nobis et nostris heredibus aut successoribus computationem facere debent quandocumque fuerint requisiti. Clerici autem quibus hujusmodi procuratio ecclesie per capitulum committitur de ecclesia sancti Ottonis esse debent. Item volumus quod personis sepedictis et nostre familie ubicumque infirmitatibus gravati fuerint ab ecclesia sancti Ottonis ecclesiastica sacramenta ministrentur et si aliquos de ministris aut clericis ejusdem ecclesie seu de nostra familia alibi quam in civitate Stetyn mori contingat. In sepedicta ecclesia ipsorum memoria in vigilia et missis debet celebrari. Si vero alius vel alii apud dictam ecclesiam suam elegerint sepulturam sepeliantur ibidem. Etiam si quis causa devocionis confiteri vel communicare vel verbum Dei audire voluerit in eadem ecclesia. Volumus ut hoc possit libere et secure ut lecturis capituli beate Marie virginis poterit declarari. Ut autem omnia et singula supradicta inviolata et illesa perpetuo permaneant sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum Stetyn anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto feria tercia infra octavam sancti Ottonis. Presentibus honorabilibus viris. Domino Gotzwino abbate in Colbas. Domino Johanne decano ecclesie Caminensis. Fratre Hermanno de Werberghe preceptore ordinis beati Johannis baptiste. Johanne Glasenap. Philippo de Reberghe canonicis ecclesie Caminensis. Et nobilibus Hen-

Digitized by Google

ningho de Reberghe milite. Zabello de Reberghe nostre camere magistro. et *Strennius Dubczlao de Eycstede.* Hinrico de Steghelitze. Reymaro Buc. Detlevo de Eychorst. Arnoldo Kolner utroque Hermanno Nygenkerken militibus. Alberto priore in Stetyn nostro Prothonotario. Brunwardo de Eychorst nostro marscalco et aliis pluribus fide dignis.

(orig. iſt sub Fasc. XIII. n. 7. n. Reg. or. A. P.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. IX.)

No. 82.

Notariat-Inſtrument über den Eid, ſo Herzog Bogislaus und Wartislaus dem Biſchof Johannes zu Cammin abgelegt, daß ſie das Bisthum ſchützen ꝛc. wollen.

Anno 1346.

In nomine domini amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo sexto indictione decima pontificatus sanctissimi in Cristo patres et domini nostri domini Innocencii divina providencia pape sexti anno quarto mensis octobris die decima sexta hora terciarum vel quasi in curia habitationis honorabilis viri domini Hermanni decani ecclesie Caminensis in Mei notarii publici et testium infrascriptorum presencia constituti illustres principes domini Bugeslaus et Wartislaus fratres Duces Stetinenses ex una nec non venerabilis in Cristo pater et dominus dominus Johannes Episcopus honorabiles viri domini Marquardus prepositus. Hermannus Decanus. Conradus scolasticus. *Friedericus de Ecstede.* Engel de Dolen. Cristianus de Specka. Egghardus Manduvel et Conradus de Lipsick Canonici ecclesie Caminensis ibidem ad hoc capitulariter congregati parte ex altera suppradicti domini Duces ad prestandum quoddam juramentum super quibusdam placitis inter ipsos et dictos dominos Episcopum canonicos et Capitulum ecclesie conscriptum stando manibus ipsorum dextris sursum erectis prout moris est unanimiter juraverunt in hec verba Nos juramus quod de cetero volumus et debemus Episcopum Capitulum et ecclesiam Caminensem in omni ipsorum jure dimittere fouere et preseruare et eisdem inviolabiliter observare nostra progenitorum et antecessorum nostrorum privilegia libertates et omnes literas racionabiles singulas indulta et

concessa sive indultas et concessas ipsis tam super limitibus seu finibus quam super quibuscunque indulgenciis libertatibus et jurisdictionibus et specialiter nostra privilegia seu nostras literas de novo ipsis super predictis innovata et innovatas et nostrorum ac fratris nostri Barnym sigillis sigillatas et sigillandas et quod hec omnia et singula firmiter observabimus ita nos Deus adjuvet et sancti ejus. acta sunt hec Cammyn anno indictione pontificatu mense die hora et loco quibus supra presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Francisco Decano ecclesie Colbergensis. Marquardo preposito santimonialium in Verchen. Everhardo de Bergurede alverico ulrico de Bütowe petro custode Johanne de Brandenburg et Thiderico Stavenhagen vicariis in ecclesie Caminensi predicta Wedeghone Buggenhagen marscalco dictorum Ducum Hinrico Manduvel Henningho Pansin Arnoldo Colner et Bertoldo Stoltenberge militibus Nevelingo Gerddul et Ludekino dicto Flotze famulis Ludekino Webele proconsule in Colberghe Radeke Panstoris Gotscalco dicto Kaghe et Hermanno Lepel proconsulibus civitatis Camyn Henningho et Nicolao Rekowe proconsulibus in Wollin et multis aliis fide dignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Bernardus Sepelin clericus Swerinensis Diocesis publicus auctoritate imperiali notarius premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur fierent et agerentur una cum discreto viro Conrado de Quenstede publico notario subscripto et testibus suprascriptis presens interfui eaque fieri vidi et audivi propria manu scripsi et publicavi signoque meo consueto signavi requisitus.

Et ego Conradus de Quenstede clericus Halberstadiensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur fierent et agerentur una cum discreto viro Bernardo Sepelin Notario publico et testibus suprascriptis presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi nec non ad requisitionem et rogatum prefatorum dominorum Episcopi prepositi decani et Capituli ecclesie Caminensis hic me subscripsi signumque meum consuetum apposui in pleniorem evidenciam premissorum.

(matric. Cam. T. XVI. p. 556.)

(v. Dreger Cod. dipl. Pom. Vol. IX.)

Digitized by Google

No. 83.

Anno 1346.

Nos Barnim Dei gratia Stettinens. Pomeraniae, Slaviae et Cassubiae dux. Coram omnibus ad quorum noticiam presens scriptum pervenit recognoscimus lucide profitendo, quod nobis dilectis et fidelib. Scabinis nostrae Civitatis Pyritz dedimus et damus per presentes plenariam potestatem dandi, inveniendi atque demonstrandi iustum et verum Brandenburgense secundum ipsorum conscientias sicut et â Progenitoribus nostris habuerunt et usi consueverunt. Astantes et eisdem et toto nostro consensu firmum habentes et approbantes quidque ab eis datum, inventum et demonstratum fuit. Volentes et strictius, quod idem ius, quod ab eis datum, inventum atque demonstratum secundum ipsorum Conscientias fuerit â nullo penitus redargui debeat aut reprobari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Stettin, Anno Dni. M°. CCC°. quadragesimo 6to, In die Cinerum presentibus *Dubslao de Eichstett,* Ulrico de Scheninge, Henningo de Reberg militib. Ludolpho de Brederlo, Brunwardo de Eichhorst et alijs pluribus fide dignis.

(Dipplomatarium Civitat. Pyritz. ungedruckt. Alte Abſchrift, welche von Antonius Peterſtorff, Protonotarius, atteſtirt iſt.)

No. 84.

Ducis Barnimi III Instauratio et Confirmatio bonorum S. Ottonis.

Anno 1346.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis Amen. Nos Barnim Dei gratia Stetinensis &c. Dux. Profitemur publice literas per praesentes quod nos propter honorem Dei omnipotentis et suae sanctae matris Mariae aedificare inchoavimus domum Dei ante curiam nostram Stetin quam instauravimus ad laudem Sancti Ottonis qui fuit noster et totius nostri ducatus apostolus et baptista, Cum plures Imperatores, reges atque principes nostros seniores et predecessores hostiliter inuaserunt cum adhuc fuerunt gentilibus erroribus implicati, neque tamen ipsos valuerunt ad hoc inducere ut orthodoxae fidei reciperent Sa-

Digitized by Google

cramentum, sed solum beatus Otto qui gratia Dei hoc effecit, si etiam dicti Imperatores, Reges et Principes nostros praedecessores devicissent, tunc omnes praedecessores nostri et Seniores, nosque et omnes nostri subditi corporibus et rebus omnino periissemus. Unde utile est et expedit ut immensa beneficia vigili memoriae commendentur, et talia oblivioni committere fore peccatum arbitramur, quia cunctipotens Deus de sua sancta gratia dilectum suum seruum sanctum patrem nostrum et Sublimem apostolum sanctum Ottonem misit in omnem nostrum ducatum, ad nostros predecessores, qui ipsos conuertit ad sanctam fidem Catholicam, qui etiam nos in rebus et honoribus ampliavit, et animas nostras apud Deum consolidavit, In jure quoque nostro nos omni modo conservavit. Ei etiam quod apud nostram mansimus haereditatem, de hoc Altissimo Deo et sancto Ottoni praestare non sufficimus devotas gratiarum actiones; Et pro illo maximo de nostra fragilitate istud praemium quod fecimus et exhibemus, absurdum enim esset quod tanti beneficii jugis memoria non maneret. Et in loco praenominato ecclesiam aedificare nunciavimus ad laudem Dei et glorificationem sanctique Ottonis in honorem. Superior vero et primus in eadem ecclesia, cujus provisio ad nos et omnes qui duces Stetinenses pro tempore extiterint debet pertinere, esse debet Vice-Decanus, et illi eundem Vice-Decanatum cum contulerimus, a Decano ecclesiae sanctae Mariae Virginis de summo recipere debet curam animarum, Archidiaconus vero ecclesiae sanctae Mariae in summo habere debet jurisdictionem super eundem Vicedecanum. Canonici etiam de eadem ecclesia sancti Ottonis et personae pertinentes ad eandem, Vicedecano obedienciam facere debent et tenentur, et Vicedecanus justitiam faciet de dominis et personis sancti Ottonis omnibus justiciam de ipsis postulantibus, ipsum quoque Vicedecanum caeterosque Dominos de sancto Ottone canonicos esse volumus et canonicos instituimus. Idem quod Vicedecanus cum aliis Canonicis ibidem exempti esse debent tali modo, quod debent esse nostri astricti capellani vel illorum quicunque fuerint duces Stettinensis et nullius nisi Dei, nostris et ducum Stettinensium qui pro tempore fuerint parere debent mandatis, praeter in

casibus prae expressis; Quando autem numerum complebimus personarum, ita quod novem personae fuerint cum Decano, et bona ipsis assignaverimus in tantum quod quilibet ipsorum habet in reditibus annualibus triginta marcas denariorum Stettinens. tunc debent seruare quotidie omnes horas et singulis diebus ministrare eô modo sicut in summo fieri consuevit, et omnem modum ecclesiae Caminensis debent obseruare. Debet etiam Vice-Decanus cum Canonicis ecclesiae ejusdem praebendatis inter se capitulum, quam eis utile et expedire videbitur, observare. Caeterum omnes eorum praebendae, Vicedecani videlicet, et aliorum Canonicorum debent esse communes et aequales, praeter quatuor mansos jacentes in Villa Slŏteniz quos Vicedecano assignavimus qui etiam ad Vicedecanum qui pro tempore fuerit, ratione sui officii videlicet ad praebendam suam cum omni utilitate et fructu, cum precaria et proprietate, nec non cum omnibus quae nobis et successoribus de eisdem mansis cedere possent, perpetuo debent pertinere. Verum etiam Vicedecanus et alii canonici ecclesiae sancti Ottonis saepedictae, omni die missas infra primam et summam missam servare debent, si impedimentum ipsis non obsistat. Praeterea si aliquis dominorum de Ecclesia sancti Ottonis quos inibi beneficiavimus, aut adhuc ibidem beneficiaremus bona emere vellet et suos reditus augmentare, quodcunque hoc fecerit, debet eosdem reditus ad tempora vitae suae cum aliis suis prioribus reditibus retinere. Ipso vero defuncto eidem empti reditus cadere debent ad communionem, et tantum unius cujusque domini reditus debent meliorari quantum unicuique de talibus reditibus poterit derivari, et secundum augmentationem redituum ipsorum, praebenda eorum debent augmentari, et omnia eorum bona ad praebendas spectantia communia eis esse debent. At vero quodque de decima vel de pullorum reditibus dictis Canonicis Ecclesiae sancti Ottonis de omnibus quoque eorum bonis quae nunc habent vel habere poterint in futurum cedere poterit, equaliter ipsis dividi debet et distribui, praeter illud quod quis pro se emit. hoc ad tempora vitae suae habere debet secundum praenotatum. Quicunque etiam de saepedictis Canonicis studere voluerint et in studio generali jacuerint illi omnes reditus suae pre-

Digitized by Google

bendae ac si praesentes essent capere debent et habere, nisi quod unum diaconum et subdiaconum pro ministerio et cultu divino in eadem Ecclesia debeant procurare; Collationem etiam omnium praebendarum in Ecclesia sancti Ottonis praenarrata nobis et omnibus nostris successoribus ducibus Stetinensibus specialiter reservamus. Vicedecanus etiam Ecclesiae ejusdem canonicos per nos vel per nostros successores duces Stetinenses receptos debet installare, et mandatum habere debet super eos. Insuper si Vicariae in ipsa ecclesia sancti Ottonis constituerentur, vicariis vicariarum earundem vicedecanus accessum altaris porrigere debet. Cui etiam sicut Canonici obedientiam praestent et exhibeant, collationem etiam talium Vicariarum et eleemosinarum quarumcunque inibi donatarum nobis et successoribus nostris ducibus Stetinensibus reservamus. Assignamus ad Ecclesiam sancti Ottonis memoratam, ad laudem Dei et honorem Sancti Ottonis in primis sex mansos in villa Stoltenhagen, in villa Daberen duos choros annonae unum siliginis et unum avenae et tertium dimidium modium, et quintum dimidium sexagenum pullorum minus sex pullis, duas marcas Stetinensium denariorum super tabernam et decimam super haereditates tres scil: denarios in censu, et unum pullum fumalem, et proprietatem super quindecim mansos in villa Rülestorp quos Gerardus dictus de foro à nobis habet qui civis est in stettin. Item viginti marcarum reditus denariorum Stetinensium et proprietatem ipsorum in thelonio et moneta Civitatis nostrae Stetinensis, quos quidem reditus Johannes de molendino sacerdos quondam habebat in annualibus reditibus annis singulis percipiendos, hos itaque mansos et bona, dictae Ecclesiae sancti Ottonis et Canonicis ibidem cum omni jure, usufructu et utilitate dedimus, donavimus et appropriavimus perpetuo per praesentes. Insuper reditus quadraginta marcarum denariorum Stetinensium in oppido nostro Warpis, qui ibi nostri sunt reditus annuales, eidem Ecclesiae et canonicis ibidem deputamus, si autem in brevi alios reditus loco istarum quadraginta marcarum alibi cum proprietate dictae Ecclesiae et Canonicis assignaremus, tunc reditus jam dicti ad nos reverti debent et recidere. Quod si non fecerimus, tunc dicti reditus qua-

draginta marcarum apud eandem ecclesiam absque omni contradictione cum ipsarum proprietate perpetuo debent permanere, omnes reditus nominati ipsis Canonicis communes esse debent. Offertorium vero quod in dicta Ecclesia sancti Ottonis provenerit debet ipse Vicedecanus canonicis ibidem presbiteris aequaliter dividere, et unicuique partem suam distribuere. Pro eo autem quod memorata Ecclesia sancti Ottonis intra limites parochiae Sanctae Mariae est constructa, debent canonici sancti Ottonis quatuor marcas denariorum Stetinensium canonicis in summo, de communibus eorum bonis ad quodlibet quartale unam marcam singulis annis dare in recompensationem. Propter hoc etiam Canonici sancti Ottonis totum offertorium quod in ecclesia sua habuerint, ad eorum proprios usus debent asservare, si quicquam vero de cera ibidem oblatum fuerit de hoc luminaria debent ad ecclesiam comparari. Damus etiam dictae Ecclesiae sancti Ottonis et eis Canonicis duo retia in recenti mari, de uno illorum retium una marca argenti puri annuatim in hyeme dari debet, aliud rete quod Ulemisgarn appellatur cum quo etiam de Zegenort trahi solet et piscari, de quo dantur viginti quatuor solidi denariorum Stetinensium in festo Johannis Baptistae in aestate, de qua pecunia luminaria etiam ad ecclesiam debent comparari; siquid autem saepedictae ecclesiae canonicis in testamento datum fuerit vel legatum, hoc ad usum suum servare debent et habere. Quicunque vero de parochia sanctae Mariae in summo et sancti Nicolai apud dictam Ecclesiam sancti Ottonis suam elegerit sepulturam praeter nostram familiam, etiam partem oblationum quae exinde evenerint, dicti Canonici sancti Ottonis dominis de summo debent praesentare. Si autem exequiae talium funerum in summo et apud sanctum Nicolaum prius agerentur, tunc canonici sancti Ottonis omnes oblationes, quae ipsis de talibus funeribus postea excreverint, ad usum ipsorum debent reservare. De funeribus vero extra parochiam Sancti Jacobi apud sanctum Ottonem sepeliendis eodem modo debet obseruari hoc, quod taliter ordinamus, ut inter ipsos ex utraque parte aequalis dissensionis materia amputetur. Quicquid etiam donatur structurae in eadem sancti Ottonis ecclesia sive sit in Testamento et in offer-

Digitized by Google

terarum nos vidisse recognoscimus et audisse Privilegium datum ab Illustri Principe Avo nostro Charissimo, Ottone Duce Stetinensi, Slaviae et Cassubiae in haec verba: In nomine Domini Amen. Otto &c. Vide praecedens. Ut autem haec praescripta a nobis et a cunctis nostris Successoribus dictis Consulibus et Civibus nostris de stetin, firma perpetualiter observentur, nos ipsa innovamus et volumus ea ipsis in omnibus augere et in nullo minuere. Idcirco ipsa in certitudinem firmiorem Sigillorum nostrorum munimine confirmamus. Testes hujus innovationis et confirmationis sunt Bernhardus Moltzan, noster Marscalcus, *Fridericus de Eickstede, Magister curiae nostrae,* Henningus de Swerin, Conradus de Swerin, milites, Dns. Arnoldus Malchow, Protonotarius noster, Hinricus Heidenbrake, famulus, et quam plures alij fide digni. Datum et actum Stettin A°. Domini 1371. in die Margarethae virginis gloriosae &c.

(Friebeborns Abſchriften von Original-Urkunden, welche die Stadt Stettin beſitzt.)

No. 102.

Grenze von der Lübbezinischen Fahrt vorlängſt des Dammſchen Sees bis in die große Regelitz und den langen Graben gen Klützow, Curow, Güſtow und Stettin.

Urkunde von 1307.
Confirmation von 1371.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto Dei gratia Dux &c. universis catholicae fidei professoribus in perpetuum. Interest Principum et Magnatum suorum fidelium benevolencias ac servitia dignis retributionum reficere recompensis et donationes eis datas ne in posterum revocentur, documentis authenticis et testibus idoneis solidare. Igitur tam praesentium quam futurorum noticiae cupimus tenaciter adhaerere. Quod nos honestis Viris nobis dilectis Consulibus caeterisque burgensibus Civitatis nostrae Stetin, propter synceram fidelitatem in eis creberrime compertam donavimus appropriando totum situm seu locum intra subnotatas distinctiones contentum, videlicet intra descensum Oderae ante Civitatem Stettin, usque in transitum versus villam Lubbezin, ab illo transitu usque ad stagnum Damb, juxta stagnum Damb in littore

ascendendo usque in magnum Regelitz, In magno Regelitz ultra procedendo usque in fluentum, ex illa parte villae Podejuch, ubi ligna Civitatis communiter hegeholt dicta terminantur; ab illo fluento praecedendo in fossatum, quo transitur versus Klutze, ab inde descendendo per magnum transitum in Oderam contra villam Gustou, deinde Oderam descendendo usque ante Civitatem Stettin, cum integritate omnis juris, cum omni libertate, ac utilitate, in insulis, paludibus, lignis, pascuis, pratis, aquis, piscationibus et in omnibus alijs, quae intra praenotatas distinctiones ad commodum et profectum praedicte Civitatis nostrae, unquam poterint ordinari, justo proprietatis titulo, perpetuo, pacifice possidendum, dantes eisdem Consulibus et Burgensibus nostris liberam facultatem edificandi ibidem domos, hortulanis et humularijs inhabitandas, exceptis domibus dictis Beilinge, vulgariter et tabernis. Concedimus praeterea praememoratae Civitati nostrae hanc gratiam specialem perpetuis temporibus duraturam, Quod nostri Vasalli propter homicidia vel alia manualia facta perpetrata, et propter debita cum antefatis nostris Concivibus contracta, quae voluntarie solvere volunt, debent in ipsa Civitate coram Judice Civitatis juri stare, ibidem in his causis iam tactis, et in alijs causis nullis eorundem nostrorum burgensium querimonijs legitime responsuri. Si vero quis Civitatem in dicta Civitate nostra non dum adhuc habens, cuiquam Vasallorum nostrorum mutuaverit bona sua, et postmodum Civitate obtenta super his debitis contra Vasallum nostrum movere voluerit questionem talis questio nec movebitur nec decidetur coram Judice ipsius Civitatis, Sed coram nobis aut coram alio cui hanc causam duxerimus committendam — Amplius recognoscimus manifeste, quod praelibata Civitas nostra non consuevit ab antiquo nostris progenitoribus, majorem*) de jure dare, quam Centum Marcas argenti Brandeburgensis, quae in festo S. Martini Episcopi annis Singulis dari solent, nos quoque ac nostri successores uniusque in hoc consueto censu contenti esse volumus ab eadem Civitate nostra secundum jus, nihil amplius exigendo. — Ut autem omnia haec praedicta, in vigore perpetuae firmitatis invio-

*) Hier fehlt: censum im Friedeborn. P. H.

lata perseverent nos praesens scriptum ex inde confectum nostro Sigillo jussimus communiri, Testes horum sunt, Vir Reverendus Dominus Dithmarus, Abbas in Colbatz, Luchte, noster Marscalcus, Henningus de Hindenborch, Pincerna, Wilhelmus Trampe, Stango, Albertus de Rebbekou, Johannes de Schollentin, Henningus de Riekerken, Hinricus de Swerin, Hermannus de Deuen, milites, cum alijs pluribus fide dignis. Datum in Damb Anno Domini 1307. in Dominica Palmarum. 14. Calend. Aprilis &c.

Confirmatio.

Anno 1371.

In nomine sanctae et individuae trinitatis Amen. Casemarus et Swantebur cum consensu fratris nostri Buguslai Dei gratia Duces Stetinenses &c. Omnibus in perpetuum. Tenore praesentium literarum nos vidisse recognoscimus, et audisse Privilegium datum ab Illustri Principe, Avo nostro charissimo, Ottone Duce Stetinensi &c. in haec verba: In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto Dei gracia Dux &c. &c. — Ut autem haec praescripta a nobis et cunctis nostris Successoribus, dictis Consulibus et Civibus nostris de Stetin, firma perpetualiter observentur, nos ipsa innovamus et volumus ea ipsis in omnibus augere, et in nullo minuere. Idcirco in certitudinem firmiorem Sigillorum nostrorum munimine confirmamus. Testes hujus innovationis et confirmationis sunt, Bernhardus Moltzan nr. Marscalcus, *Fridericus de Eickstede, Mgr. Curiae nostrae,* Henningus de Swerin, Conradus de Swerin milites, Dns. Arnoldus Malchou, Prothonotarius noster, Heinricus Heidenbrake famulus, et quam plures alij fide digni. Datum et Actum Stettin Anno Domini 1371. in die Margaretae Virginis gloriosae.

(Friedeborns Abſchriften von Original-Urkunden, welche die Stadt Stettin beſitzt.)

No. 103.

Confirmatio duorum Principum Pomeraniae Swantebori et Bogislaui, super omnia bona Ecclesiae Sanctae Mariae in Stettin.

Anno 1373.

In nomine Domini Amen. Nos Swantiborus et Bugislavus fratres Dei gratia Stettinensis Pom. Slav. et Cas-

sub. Duces, universis Christi fidelibus, quorum interest vel interesse poterit, quoquomodo salutem in eo, qui est omnium vera salus; Quemadmodum progenitoribus nostris piae recordationis, Inclitis principibus, Ducibusque disponente Universorum Domino, per quem Reges regnant, et principes principantur, in principatus succedimus dignitate. Ita nimirum in favorabili persecutione Dilectorum nobis in Christo, Praepositi Decani et Capituli ac Canonicorum beatae Mariae Virginis in stettin, in qua maxima pars progenitorum nostrorum requiescit, omnium auctori jugiter famulantium, debemus eorum vestigia imitari. Attendentes itaque commendabilem eorum honestatem, eapropter publice recognoscimus, coram universis praesentia visuris et audituris, quod literas, confirmationes et privilegia a nostris progenitoribus Domino Barnim Proavo, Ottone Avo nostro, Bugislao et Barnim Patruis nostris et Domino Barnim patre nostro, Ducibus Stettinensibus, ac aliis Progenitoribus nostris charissimis felicis recordationis, Dilectis nostris Praeposito, Decano, Capitulo ac Canonicis Ecclesiae sanctae Mariae praedictis, data et concessa super ipsorum bonis, Juribus, libertatibus et proprietatibus examinari fecimus et ea vidimus sana, non vitiata, non concellata, sed omni prorsus suspicione carentia, sigillorum appensione testiumque inscriptione debita communita. Quibus plenam fidem adhiberi decrevimus, de singulis in ipsis contentis ob honorem omnipotentis Dei suaeque genetricis intemeratae Virginis Mariae, ac ad instantiam praepositi, Decani, Capituli, et Canonicorum Sanctae Mariae praedictorum, cum consilio nostrorum Consiliariorum et Vasallorum, pro tunc praesentium, cum omni jure et proprietatis titulo duximus confirmanda, in singulis quae sequentur. Inprimis in fundatione Ecclesie dictae dedit idem proavus noster de consensu quodam Domini Hermanni Episcopi Caminensis proprietatem Juris patronatus Ecclesiarum annotatarum videlicet Ecclesiae sancti Petri, extra muros civitatis Stettin et Capellae sancti Nicolai intra muros Ecclesiae sanctae Mariae in Stettin cum loco in quo sedent Canonici, et Castrum sive vallum in Stettin, in quo Castrum situm fuerat in Stettin temporibus antiquis cum omni jure et proprietate. Item, idem inclitus Princeps Dominus Barnym Proavus noster,

dedit et fecit Ecclesiae nostrae sanctae Mariae Virginis in Stettin gratiam sive praerogativam infra scriptam videlicet, si in posterum contingat jus Patronatus Ecclesiae nostrae sancti Jacobi in civitate nostra Stettin, cum rebus, sive sine rebus ad ipsam pertinentibus, aut ejus res commutari, permutari, aut quocunque alio modo in aliam Ecclesiam aut persomas transferri, hoc fieri debere in Capitulum dictae Ecclesiae nostrae sanctae Mariae in Stettin. Item Ecclesiam in Gardiz cum filiabus suis, Tantow cui adjacent quatuor mansi et Kesow et Gesow cum duobus mansis ibi sitis et spectantibus ibidem ad Ecclesiam quae sunt filiae Ecclesiae sancti Stephani in Garditz. Item decimam quae recipitur de Campo sive agris qui dicuntur Borchfeld apud Garditz pro qua dabitur annuatim dictis Canonicis una lasta annonae, media siliginis, media avenae. Item Campum sive agrum dictum Kippenland inter Garditz et Reyneckendorff cum proventibus qui exinde poterunt provenire. Item Otto jugera sita ante Civitatem Garditz. Insuper Tertium dimidium talentum denariorum Stetinensium in Villa Gesow in censu viginti quatuor mansorum, quae pecunia est data pro restaurata Tricesima Villae Gesow, quae tricesima pertinebat ad dotem Ecclesiae sancti Steffani in Gardiz. Item proprietatem juris Patronatus Ecclesiae in Penkun, in Pölitz, in Griphenhagen, Pinnow, Woldin, Lucow, Ladentin, Krekow usibus canonicorum Ecclesiae in Stettin perpetuis temporibus profuturam. Insuper idem proavus, Avus, et Pater noster dederunt Ecclesiae saepius nominatae, una cum progenitoribus nostris proprietatem villarum subscriptarum scilicet: Kesow quae est villa praepositurae, Staffelde, Glambecke, Wamelitze, Sparenfelde, Brunneke, Zadel majus et parvum, item proprietatem villae Mügenfelde cum suis terminis, proprietatem vero omnium villarum praedictarum omnes praedicti progenitores nostri dederunt Ecclesiae supra dictae cum villis et earum limitibus, metis et terminis, ac his quae inter ipsos terminos continentur, scilicet aquis, pratis, paludibus, pascuis, silvis, rivis, piscationibus, Venationibus, stagnis, nemoribus, molendinis, constructis, et construendis, cum judicio causarum, omnium criminalium et civilium et omni jure temporali et utilitate, quae in eisdem Villis et suis termi-

Digitized by Google

nis nunc sunt, vel nominari, haberi, vel acquiri contigerit in futuro, ab omni exactione, petitione, precaria, servitio curruum et equorum, servitute rustica et urbana, quaestu, talliis, et omni impetitione suorum haeredum et successorum, advocatorum officialium et suorum perpetuo liberas et immunes. Praeterea dederunt proprietatem aquarum et ipsas aquas videlicet: Swantewitze, Pulitz et stagni Warniko in longum et latum cum terminis suis ac omni utilitate quae inter ipsarum aquarum terminos est in praesenti, vel haberi poterit in futuro. Et quatuor sagenas in recenti mari et proprietatem ipsarum. Ita ut nulla pensio sive census vel servitium ipsis aquis vel piscantibus in eisdem vel sagenas trahentibus imponi valeat absque Canonicis nostris Ecclesiae Stettinensis. Item decem Mansorum proprietatem qui vulgariter dicuntur Westermarke. Item sedecim jugerum situatorum inter metas et terminos villarum Zelchow, Wolterstorp et Kosekow. Item ad usum Canonicorum proprietatem sex Mansorum in villa Bueke. et octo Mansorum in villa Nigendorp. Item octo Mansorum in villa Stoltenhagen, ad usus duarum Vicariarum. Item idem Pater noster dedit proprietatem quatuor Mansorum in eadem villa Stoltenhagen, ad Thezaurariam ad Lumina comparanda in Choro. Item quatuor Mansorum in Schönenfelde ad unam Vicariam et quatuor Mansorum in Volsckendorpe, ad usus unius Vicariae in Ecclesia Stettin cum Judicio sive quaestu, poenam corporalem vel pecuniariam infligenti, absque omni exactione, petitione, servitio cujuscunque modi, ex parte sua et suorum haeredum, Officialium judicum, et successorum perpetuo liberam et exemtam. Rursum subsequentis pecuniae proprietas per memoratos Principes in moneta Stettin et Theloneo et Ungeldo data est ecclesiae Stettin: In primis in fundatione Ecclesiae duarum Marcarum proprietas ad usus praebendarum. Item ad perpetuam Vicariam ibidem, quam fundavit nostra Proava Charissima, quindecim marcarum proprietas ad structuram. Item ad usum unius Lampadis duarum Marcarum proprietas. Item decem Marcarum proprietas ad usum Canonicorum quas Dominus Bogislavus dedit ecclesiae motu proprio et inductu. Item viginti quatuor Marcarum proprietas ad Altare Dom. Conradi de Sannen Canonici

Digitized by Google

Stettin: ad usum unius Vicariae. Item viginti Marcarum proprietas ad Vicariam quam fundavit Jacobus de Güntersberger. Idem undecim Marcarum denariorum Stettinensium proprietas, quarum quatuor pertinent ad Vicariam Werneri, quam ipsius haeredes habent ab Ecclesia in feudo. Item novem Marcarum proprietas ad Altare Arnoldi de Boghemil, quarum octo pertinent ad sustentationem sacerdotis, nona vero ad Vina et ad Lumina pertinebit. Item, trium Marcarum Denariorum proprietas, pro restauro facto plebano in Greiffenhagen, pro modiis et denariis ibidem, quos modios et denarios percepit. Item decem marcarum proprietas super duos mansos cum dimidio manso in villa Krakow, proprietas quoque unius tractus cum haereditate in aqua prope Gardiz qui Toch vulgariter appellatur, de qua Ecclesia Stettin ab antiquo unam Marcam argenti consuevit percipere annuatim. Rursus Inclitus Avus noster Otto Stettinensium Dux praedictus amplioribus gratiis, proprietatibus, libertatibus ac privilegiis praedictae Ecclesiae proficere cupiens et relevare eandem, in primo anniversario Patrui nostri Charissimi Barnim ob remedium animae suae dedit Ecclesiae saepe dictae, et transtulit in ipsam proprietatem Villae Lukow ab omni exactione, petitione, precaria, servitio, cum terminis suis, et his quae inter ipsos terminos continentur, cum judicio sive quaestu, sive poenam sanguinis, aut pecuniarum infligenti, perpetuo liberam et immunem, et cum omni utilitate, conditionibus, articulis, Juribus, libertatibus sicut proavus, et patruus et progenitores nostri superius nominati dederunt bona saepius enarrata praedictae ecclesiae Stettin, cum singulis articulis enarratis. Item proprietatem villae Lincke et Gellin et proprietatem villae Reinkendorp et proprietatem villae Petershagen, et proprietatem villae Niegenkerken, item proprietatem villae Grapow, item in Schwochow tredecim Mansos cum proprietate, et in Sabow quatuor Mansos cum proprietate pertinentes ad Vicariam praedictam Dominorum Güntersberg. Item proprietatem villae Zellechow cum jure Patronatus. Item proprietatem villae Koesekow, cum jure Patronatus. Item proprietatem quartae partis villae Pargow. Item proprietatem duodecim mansorum in villa Dabereu. Et proprietatem undecim mansorum in villa

Woldin. Et proprietatem sex Mansorum in villa Tantow. Item in Bryzick reditus quadraginta Marcarum ad praebendam Domini Ducis Brunswicensis. Item viginti Marcas denariorum pertinentes Choralibus in moneta et Theloneo et Ungeldo cum proprietate in Stettin. Item Census quindecim mansorum in civitate Piritz pertinentes ad Altare quondam Gerhardi Kolow. Item vicum extra civitatem juxta Oderam prope Claustrum sanctimonialium apud Stettin, qui dicitur Wick cum metis et terminis suis, distinctionibus et proventibus, cum proprietate et libertate quam dedit inclita Domina Mechtildis Ducissa Stettinensis Proava nostra praedilecta. Item idem inclitus avus noster, Dominus Otto Dux Stettinensium, dedit proprietatem horrei laterum cum solo Craswyk nominato, cum omnibus ejus adjacentibus et pertinentibus, et cum omni jure. Item Privilegium quod illustres Principes progenitores nostri praedicti dictae Ecclesiae Sanctae Mariae Virginis in Stettin. Praeposito, decano, totique capitulo ibidem deliberato dederunt ut statim sequitur: Quod cujuscunque conditionis fuerint homines inhabitantes Insulam sitam trans Oderam ex opposito civitatis nostrae Stettin, ad quam patet via per longum pontem versus Damitz, et hospites ad eandem cum navibus applicantes, et hospites extra munitionem circa civitatem Stettin in Odera fluvio cum navibus se recipientes in medio Oderae seu in utroque Littore, cum nulli Parochiae fuerint deputati, ad Ecclesiam beatae Mariae Virginis Canonicorum Stettin debent pertinere Jure Ecclesiastico ad eandem, et ab ipsius Rectoribus recipere Ecclesiastica Sacramenta. Praeterea processu temporis, dum in ipsa Insula Civitatis convaluerit incrementum, Ecclesiae vel Ecclesiarum in ipsa institutae vel institutarum, Jus patronatus donamus Titulo proprietatis Ecclesiae supra dictae. Nec non Praeposito, Decano, totique Capitulo ejusdem in perpetuum feliciter possidendum. Item donationem factam eisdem à dictis progenitoribus nostris Jure Proprietatis ac universis inhabitantibus villas eorum, acquirendi et incidendi ligna ad comburendum et ad aedificandum, gramina et foenum ad usum ipsorum in palude Oderae ubique locorum, et pisces capiendi in Odera et in stagno Damitz liberam potestatem perpetuò. Insuper Canonicis presentibus ipsius

Digitized by Google

Ecclesiae habentibus expensas pro commodo ejusdem Ecclesiae et honore, unam vel dimidiam Lastam siliginis aut farinae, aut alteram farinae vel frumenti ad comparandos cibos et panes ad proprios usus educendi absque solutione Thelonei et Ungeldi cujuslibet damus perfectam et perpetuam et plenam libertatem, non obstante si inhibitio facta fuerit educendi. Item quod praedicti Canonici construere poterunt duo loca libera ad clausuras in Odera sive Rechlitz aquae vulgariter Regilitze dicitur, et ut constructas possideant libere sine fine. Ceterum recognoscentes omnes et singulas possessiones supra dictas, cum omnibus suis pertinentiis, videlicet agris cultis, et incultis, silvis, lignis, aquis, stagnis, rivis, molendinis, jam constructis, et pro tempore construendis, piscationibus, pratis, pascuis, paludibus, et cum omnibus et singulis, quae infra terminos et confines praedictarum possessionum continentur, cum omni jure, Jurisdictione, judicio majore et minore. Etiam in viis et semitis, cum omnibus utilitatibus, fructibus, reditibus, et proventibus, qui et quae de praedictis omnibus et singulis nunc habentur, vel in futurum haberi poterunt, ea libertate, et lege dominii, quibus progenitores nostri praedicta omnia et singula habuerunt, et possederunt ad praedictos Canonicos Ecclesiae beatae Mariae Virginis in Stettin juste et mere proprietatis titulo pertinere. Praeterea Nos Schwanteborus et Bogislavus fratres duces Stettin: praedicti, dictam Ecclesiam nostram Sanctae Mariae in stettin et Canonicos ejusdem, etiam nostris donis et gratiis amplius proficere et prosequi cupientes paludes cum lignis et Cespitibus quae proprie Crampe et Torfmohr, dicuntur, ac eorum fundum, cum omni proprietate, usu, usufructu, libertate et utilitate, in longum et latum, cum metis viis et terminis suis universis, per praesens scriptum ob reverentiam Dei Omnipotentis, suaeque Genitricis Virginis Mariae, et in remedium et salutem animarum Barnim patris nostri charissimi ac Agnetis Matris nostrae Charissimae, piae recordationis, Praeposito, Decano, Capitulo, Canonicis et Ecclesiae nostrae Sanctae Mariae in Stettin praedictis, damus ex nunc per presentes et appropriamus, nihil nobis juris et proprietatis, et successoribus nostris in his reservantes. Cum hoc vero nos praedicti fratres Schwan-

Digitized by Google

toborus et Bogislaus Canonicorum nobis in Christo dilectorum praedictorum devotis supplicationibus benignum praebentes assensum, omnes possessiones, et omnia bona, et singula supra scripta, quocunque nomine censeantur quae ipsorum donatione Illustrium Principum progenitorum et affinium nostrorum, oblationeque fidelium, aut justo emtionis titulo, legitima temporis praescriptione, seu aliis justis modis, in praesenti tenent et possident, ut eis eorumque successoribus, perpetuo firma et inconvulsa permaneant, de nostra certa scientia confirmamus, et praedictas donationes, oblationes, emtiones, et praescriptiones approbamus, et ratificamus, et praesentis instrumenti patrocinio roboramus. Insuper si aliquo casu vel eventu non possent ostendi Privilegia seu litterae super bonis praenarratis, aut in quorum possessione dicti praepositus, Decanus, Capitulum, Canonici, et Ecclesia Sanctae Mariae Stetin praedicta nunc existunt, tempore succedente, aut siquid minus plene in praemissis omnibus et singulis a nostris progenitoribus saepe dictis Canonicis esset datum vel collatum, hoc de nova nostra liberalitate in his scriptis plenius et plenissime dènuo super addimus, indulgemus, tradimus, et donamus, appropriamus et confirmamus, cum juribus suis, libertatibus, conditionibus, et articulis universis, exclusis et amotis omnibus exceptionibus et cavillationibus Juris Canonici et Civilis. Ut autem omnia et singula haec supra scripta, a nobis et a cunctis successoribus nostris, dictis Canonicis firma et illaesa perpetualiter observentur, praesentes literas inde confectas, sigilli nostri Schwantibori majoris et nostri Bugeslavi secreti appensione fecimus de nostra certa scientia communiri. Nos vero Bugislaus Dux memoratus, huic nostro secreto sigillo tantam fidem haberi volumus, ipsumque idem robur firmitatis habere quo ad praesentes literas, ac si maius nostrum sigillum praesentibus fuerit appensum, quo caremus de praesenti. Testes hujus rei sunt, dilecti nostri: Henricus de Schwerin Magister nostrae Curiae. Sabellus et Philippus dicti Rebergh. Henningius de Schwerin Advocatus noster in Uckermündis. *Fridericus de Eicstede.* Henricus Wossow Advocatus noster ultra Oderam. Hermannus de Leine Miles. Arnoldus Malchow Protonotarius nostrae Curiae. Ludekinus

Molzan Marschallus nostrae Curiae. Henningius Trampe, Hasso de Wedel in Cremsow, et Pewus Nemeke famuli nostri et plures alii fide digni.

Datum Stettin Anno Domini Millesimo trecentesimo septuagesimo tertio. In die Ascensionis Domini nostri Jesu Christi.

Quod praesens auscultata Copia cum vero suo authentico Originali sub Sigillis principum supra nominatorum de Verbo ad Verbum concordat, Ego Martinus Köhne sacra Imperiali authoritate publicus Notarius, in bonam fidem et testimonium mea manu propria subscripsi.

(Herings Hiſtoriſche Nachr. v. d. Stiftung der Marien- und Otten-Kirche in Stettin.)

No. 104.

Begnadigung des Städtchens Viddichow.

Anno 1374, mit Confirmation von 1427.

Wj Otto van Gots gnaden tho Stettin ꝛc. Bekennen apenbar vor allermennichlich, det wj Jnn der warde bekandt hebben und underwiſet ſindt, dat de erluchtede forſte Herr Barnim unſere leue grotfader ſeliger Dechtniſſe dat Wiechbilde Viddechow Stadt Recht gelecht hefft, und dat ſulue Stedeken und ſine Jnwoner mith geligen frigheiden begiftiget und begauet heft, alß wie darup etliche briefe Unſes grothe Vaders geſehen hebben, den einen Jn ſodanen Lude, Wj Barnim von gades gnaden ꝛc. bekennen des apenbar Jn diſem Jeganwerdigen briefe, dat wj den Rathluden und gemeinen Borgeren des Wiekbildes tho Viddechow diſſe ſchede gegeuen hebben, de hirna geſchreuen ſteidt und geuen ehm die Jegenwerdig, ere ſchede tho bliuen tho euigen tiden, van Marſekow Marrke rarecht, Jegen die Marrke des Dorpes Ripperweſe, von derſuluigen Marrke dat zwete feldt Nedderwardt up die Sehe die dar het S. Nicclaus Sehe, den Sehe fortwente Jn die Ader, und die Ader nedder Jn die groten Welſſen, und bj der groten Welſſen fordt nedder wente ahn das water dat die Wutmundt het, Und die Wuthmundt fort wente Jn die Ader alß dat holdt und dat graß dat tho Vidchow

Digitized by Google

wardt ſteidt, ſchal tho Vidchow tho huß heren, und de Viſcherie der Welſſen und in der Wuthmundt und In andern wateren, Die liggen Im Lande tho Stettin werdt, ſcholen heren tho Vierraden und tho Blomenhagen und tho Satow, und die Ader vortt nedder up ahn dat Wiekbelde tho Viddechow, Und die wende up dem kitze ſcholen legerholdt und widerholdt und ender Holdt dat Selveden hert ſcholen ſe nicht howen ane erer velwerdt Der Borger tho Vidichow, Unñ bekennen des dat Idt Dieſcheide Iß, des Wiekbildes tho Vidichow tho lande werdt, die begen ſick van dem walle middeweges alße wen me geidt up den kiß upwardt auer dat fliet up die Mole, des Wiekbildes Viddichow, und up Diſſedes des flietes hefft dat Wiekbilde drie Morgen Hoppengarden, und van derſuluigen Molen den Sandtwech upwardt die geidt up die ſcheide des kißes und des vorbenemeden Wiekbildes, und van derſuluigen ſcheide an rarecht wente Jegen die ſcheide der van Lindow, und van der ſcheide des Dorpes tho Merſekow, Tho tuge alle deſſer vorbnehemeden ſtukke hebben wj unſe Ingeſegel an deſſen Brieff gehangen, Und die tuge ſindt Herr Dubſchlaff van Eickſtede, Her Hinrik van Stegelitz, Her Henning van Reberge, Herr Ditleff von der Eickhorſt, Riddere, Borchardt von der Eickhorſt unſe Marſchalk, Peter Wuſſow, Unſe Schenke, und andere veler guder lude, die wol erwerdich ſindt Geuen tho Stettin nach gottes geborth drettinhundert Jar und in deme Souen und viertigeſten Jare des Dinſtages nach dem Sondage wen me ſinget Miſericordias Dominj.

Vorthmer hebben wj einen andern Brieff deſſuluigen unſes grotefaders Hertoch Barnims geſehen, dat ſe alle Jar up S. Marten dach tho orbeide geuen ſcholen veftiegen pundt Stettinſche penninge, und up denſuluen dach ſcholen ſe geuen van Jtliker Huſe drj ſchillinge derſuluigen Munthe, Uns und allen unſen nhakamelingen unſer Herſchop, Vorthmer ſcholen ſie fry ſin des molen teigendes, Jtem was ſie kopen tho Stettin ſcholen ſie tollen frig ſin, gelick andern unſen Steden, uthgenamen Hering tholl, Jtem ſe ſcholen . . . . bede geuen mith den Buren In der landt bede, ... meth unſen ſteden ſcholen ſie geuen wenn wj ſe meth den bidden, Und alle diſſe frigheiden des priuilegien und briefe beſtedigen

wj ehrgenandten unſen borgeren, und Inwanern des Wiekbildes Vidichow, Uñd willen dat ein alle und ein Izelichs dar In macht und gantzer krafft bliuen ſchol tho ewigen tiden, Unde efte etligs Unſes leuen grote Vaders herre Barnims Brieffe den van Viddichow von em geuen, verlaren, verbrandt, thobraken edder Jeniger hinder Inſol effte ſchadenn geſcheen were, Wille wj unnd geuen mith urkundt diſſes Brieffes, dat dieſuluigen Inwaner des ehrgenanten Wiekbildes Viddichow aller gefrigheidt unde begiftunge als bauen berurt unnd beſchreuen Iß, ſich gentzlichen und ghar ungehindert vor allermenniglich gebruken ſchalenn und mogen, tho ewigen tiden, beſtedigen die ock Jegenwerdig meth Unſem forſtliken vermugen und macht in kraft dieſes briefes geuen to Stettin nach der gebordt Chriſtj xiiij^c. darnho xxvij. Jare am Dage Bartholomej des hilligen Apoſtels.

(Dipl. Pom. Miscell. Vol. I. ex Arch. Reg. Sedin.)

No. 105.

Auszug aus Kaiſer Carl des IV Landbuch der Mark Brandenburg.

(Ausgabe von 1781.)

Anno 1375.

Pag. 26. De Castris super Obula (i. e. Havel).
Bötzow (Stadt u. Schloß, jetzt Oranienburg genannt.) Dominus habet orbetam &c. in villa *Eichstede* precariam videlicet LXIII. solidos XXI. modios siliginis et XIII. modios avene et de qualibet domo I. pullum.

Pag. 152. Ukermark. Blingow (das jetzt der Stadt Prenzlau gehörige Dorf Blindow). *Betheke de Eygstede* habet pactum super I. mansum.

Pag. 155. Ukermark. Cernetzyn (jetzt Zerrentin). Dieſes Dorf hat zur Zeit der Aufnahme des Landbuches die nachher ausgegangene Familie v. Cernetyn zum Theil beſeſſen, zum andern Theil die v. Berg. Von Letzteren iſt ihr Antheil an die v. Eickſtedt gekommen. Ein Theil des Dorfes gehört zum Amte Löknitz.

Pag. 157. Ukermark. Kozelow (jetzt Kaſelow, zum Amte Löknitz gehörig). Dominus *Fredericus miles de*

Eychstede habet residuum pactum et precariam in hac villa Taberna dabit i. talentum brandenburgense et sunt xix. Cossati Quilibet Cossatus dabit pro i. area i. solidum brandenburgensem Pro censu in hac villa dant omnes villani fumigales pullos et iiii. aree (Höfe) iacent desolate et alie sunt possesse et prope hanc villam sunt duo molendina Inferius molendinum dat iiii. choros annone in pactum Superius dat ix. *) chorum annone iacet desolatum Arnoldus de Rychen ciuis in Posewalk habet x. chorum annone superius molendinum Residuos v. choros super ista molendina habet Dominus *Fredericus de Eychstede* predictus.

Pag. 158. Ukermark. Walmow. (Im Jahr 1624 beſaßen es die v. Eickſtedt, nachher die v. Winterfeld, die v. Berg, die v. Aſchersleben. Letztere verkauften es 1736 an den König. Jetzt gehört es zum Amte Löknitz).

Pag. 159. Ukermark. Nyenuelt (jetzt Neuenfeld). *Wedeghe de Eychstede* cum patruis habet pactum et precariam et censum super x. mansis. — Prope villam iacet ager nomine Weydenhuue dans i. talentum *famulis de Eychstede.*

Pag. 162. Ukermark. Symekendorff (jetzt Ziemkendorff) sunt xxxv. mansi Ad dotem iacent iii. et sunt deserti Prefectus habet iiii. et sunt deserti xvx. sunt possessi Quilibet mansus dat in pactum ii. talenta Brandeburgensia et habet libertatem omnibus reditibus et attinet *Friederico de Eychstede* exceptis v. mansis qui attinent Petro Mütz cum fratre ciuibus in Premslaw cum omni jure Taberna dat x. solidos Costenworde sunt xxii. vii. sunt possessi Quilibet dat i. pullum fumigalem Molendinum dat ii. choros et est desertum.

Pag. 163. Ukermark. Betekow (jetzt Bietkow). Taberna dat ii. talenta *famulis de Eychstede.* — *Thideke et Betheke dicti de Eychstede* habent super xv.

*) x ſo wird ½ ausgedrückt, doch ſindet man es auch j angegeben.

areas dantes VIII. solidos et I. sexagena pullorum et XVI. pullos.

Pag. 173. Ukermark. Tzernekow (jetzt Zernikow). Die Familie dieſes Namens iſt nicht mehr vorhanden. Die v. Eickſtedt haben dieſes Gut lange Zeit zu Lehn gehabt und es im 18. Jahrhundert an die v. Sydow verkauft.

Pag. 263. Altmark. Storbeke. *Kune de Egstede* XXVII. modios siliginis et ordei.

No. 106.

Henning v. Schöning giebt dem Kloſter vor Pyritz die halbe Mühle zu Megow,

Anno 1376.

Wi Swantobar van gnade gots tho Stettyn, der pomerenn, der wende unnd der Caſſuben Hertoge, Bekennenn apenbar Jhn deſin Jegenwerdige Brieue, Dat Vette Henningk van Scheninge vor unns iſt geweſenn und hefft meth beradenn mude unnd volbord ſyner frund und ſonder eynigerleye wedderſprake vorlatenn von ſyner unnd ſyner erffnahmen wegen, die halue moly tho Meghow tho der frowen Proueſtes unnd der kloſterfrawen hand des kloſters up der olden Stad tho pyritz, uth der ſuluen haluen moly ſcholen ſie all dar bowenn Eyne laſt unnd ſös ſchepell rogken, die ſelue halue moly hebben wy gelegenn dem vorgenomten proveſte unnd den kloſterfrowenn, wol dar proueſt iſth, mit allem rechte yffard unnd affard und mith aller thobehoringe, wo men die genumen mag, ſonder eynigerleye hinder unnd ahnſprake, tho Ewiger tydt fredeliken tho beſittende, tho einer bekenntniſſe deſſer vorſchreuenenn ſtücken, hebben wy unnſe Jhngeſegell ahn deſſen Brieff lathen hengen. Die geuen iſth tho pyritz Jhn den Jaren unſers herrn, duſent drehunderten daruber ihn den ſes und ſouentigſten Jare, Jhn dem dage des hilligen crucis als it irhauen ward. Tuge deſſer dinck ſind unnſe getrewen, Frederick van Eckſtede, Hinrick van der Leine, Wernehr und Henningk van der Buke und Hinrick woſſow riddere, Haſſe van wedele wonafftig tho Cremptzow, unnd van der oſt unde ander lude nuch die Ehrenwerdig ſindt.

(Diplomat. Monaster. Pyritzen. ungedruckt.)

Digitized by Google

No. 107.

Urkunden-Extrakt.

Anno 1376.

Im Jahre 1376 kauften die Calandsbrüder zu Prenzlau von Henning, Britzo und Werner von Schwaneberg zwey Pfund jährlicher Hebung aus dem Dorfe Falkenwalde für 8 Mark Silbers wiederkäuflich, worüber Beteke und Diederich von Eickſtedt, und Rievert von Buch, ihnen die Gewähr leiſteten. Unter den Zeugen ſteht der damalige Propſt der dortigen Nonnen Boldewin.

(J. S. Seckt Verſuch einer Geſch. d. Stadt Prenzlau.)

No. 108.

Anno 1381.

In nomine Domini Amen. Cum generatio praeterit generatio aduenit necesse est ea quae aguntur ne per temporum volubilitatem ad nihilum redigantur scripturae praesidio et fidelium testimonio ad futuram rei memoriam perhennari. Hinc est quod nos Hinricus Tzorbendorp Dei gratia Praepositus, Conradus Schöneweter Decanus, Bertholdus Steinwer Scholasticus, Michael Schryver Cantor, Johannes Torgelow, *Johannes de Eykstete,* Magister Hermannus Lyvenow, Petrus de Sundis Thesaurarius, Magister Hinricus Palborn, Canonici totumque Capitulum Ecclesiae beatae Mariae Virginis in Stettyn, Caminensis Diocoesis, ad praesentium confectionem conuocati. Uniuersis christi fidelibus praesentem paginam visu vel auditu cognituris cupimus fore notum, quod inspecta euidenti utilitate de maturo consilio et unanimi absentium quam praesentium. Honorabilibus viris Proconsulibus et Consulibus nec non toti communitati oppidi Gartze et eorum in perpetuum successoribus vendidimus praesentibus et vendimus agrum cum rubeto in longum et latum pro ut in suis Terminis continetur Borchveldt vulgariter nuncupatum, situm intra metas dicti oppidi Gartze et villae Reinikendorp, pro quadringentis et quinquaginta marcis stetinensium denariorum. Quas nobis bene ad nostrae voluntatis beneplacitum et plene in promptis denarijs paganerunt et persoluerunt. Et agro qui proprie Wheere

Digitized by Google

dicitur in se octo jugera continente et agro ad praepositu-ram nostrae Ecclesiae pertinente penitus demptis et exclusis. Renunciantes omni impetitioni, tam juris canonici quam ciuilis, qua nunc uel in posterum nos aut nostri successores iuuare praemissam vendicionem agri Borchveldt praedicti infringendo. Et renunciantes dictum agrum cum terminis suis et rubeto, ac resignantes ad manus consulum praedictorum, nihil nobis Juris Dominii aut proprietatis in ipso reseruando. Ita quod praedicti consules praedictaque communitas eo uti poterunt ad suum beneplacitum voluntatis. Promittimus etiam dictis consulibus et communitati, quod volumus et debemus demonstrare tenorem nostrarum literarum super praedictum agrum confectarum et ostendere nos ipsi iuste et rationabiliter posse vendere et resignare tempore oportuno quo ab ipsis fuerimus requisiti. Acta et facta sunt haec stettyn sub Annis Domini M^{o}. CCC^{o}. Lxxxi^{o}. feria sexta ante Dominicam qua cantatur Laetare Jerusalem Nostri capituli majori sub sigillo. Ut praedicta rata et . . . . . maneant praesentibus appenso. Promittimus insuper praefatis proconsulibus et consulibus oppidi Gartz praedictum contractum inviolabiliter obseruare.

(Dipplomat. Civitat. Gartz. ungedruckt.)

No. 109.

Lambert Lüskow verkauft dem Kloſter Seehauſen Güter bei Potzlow.

Anno 1384.

Vor allen criſten luden dy dyſſen breff ſyen oder horen leſen bekenn ich Lambrecht Luſchow vor my und vor myn eruen, dat ik myt vorbedachten mude unde myt vryen willen vorkoft hebbe unde vorkope den juncfrowen des cloſters tho zehuſen dy nu ſynt und na komen moghen alle die rechticheyt unde rente dy ik hebbe ghehat bettoher uppe deme poslow up deme ſcrame up deme bruke dat dar leyght unde dy dar vlut tuſchen zehuſen unde poslow ſunder achte ſchillighe brandenborgiſche pennynghe dy katherine myn ſuſther eyne kloſter vrowe tho zehuſen up boren ſcal tho ereme lyve unde och dy pacht uppe dat ulenbruch dar ſy my vor hebben betalet vyr unde vechtich mark Stettinsghe penninghe

ouer eyne ſumme in der ſtat tho prinslaw tho genughe in ſusdann wis were dat ik edder myn erven tho rade wor= den unde vurmochten dey egenante renthe weder tho kopende bynnen ſes Jaren ſo ſcholen dy Juncvrawen des vorbenome= den kloſters dy nu ſynt edder ere nakomelynghe my edder myn erven dy dycke ghenomede renthe weder laten ſunder weder= ſprake unde ik edder myn erven ſchelen em ere gehle weder gheven ouer egner (eyner) ſummen in der ſtat tho prinslaw unde wen uns des gheluſtet ſo ſchole wy en dat eyn half jar tho voren ſegghen unde laten em dy renthe born dy em born mach na der tyd. Alle dyße vorgeſcreuen dynck loue ik Lam= brecht Luskow vor ghenomet vor my und vor myn (erven) unde met my myn vedder Claws Luskow den men heyt knup= pel unde Claws Bonyr dy dar wonet tho ſtrele untwen myt eyner ſamender hant, ſtede unde vaſt tho holdende unde unghebroken tho eyner gebotenen ſekerheyt unde veſtinghe ſo hebbe wy uns aller inghesegell myt wytſcop unde vulbort an dyßen bryf laten henghen dy ghegheuen is tho prinslaw Na godes bort drutteyn hundert jar in deme vyr unde ach= tentichten jare des ſunnavendes vor letare. Her over ſynt ghewesſet dy erlicken lude her frederik van eykſtede, de her hartwych cremer, her hynrich vullert prieſtere unde hen= nigh mobz eyn borgher tho prinslaw und vele mer ander lude dy louen wert ſyn.

(v. Ledebur Allgem. Archiv. Band 3.)

No. 110.

Anno 1397.

In nomine Domini Amen. Cum sit labilis hominum memoria vitaque breuis expedit ut ea que inter homines aguntur scriptis authenticis mandentur. Quatenus eorum apud posteros lucida probatio habeatur ac dissensio et controversia cautius euitetur. Hinc est quod nos fratres, Nicolaus Abbas, Johannes Prior, Jacobus Cellerarius, Johannes Subprior, Heino Parleberch Magister Noviciorum, Jacobus Splinter, feldt Portarius, Hinricus Tryten Bursarius, Hermannus Greuesmölen, Nicolaus Voss, magister granaris, Johannes Belitz Coeterique Seniores, ac totus conuentus Monasterij Colbatz cisterniensis ordinis. Uniuersis et singulis Praesentibus et futuris per has literas

Digitized by Google

nostras cupimus esse notum. Quod matura deliberatione et consideratione praehabita ac diligenti tractatu inter nos praemisso sub conditionibus infra scriptis libera voluntate admisimus et in his scriptis admittimus Honorabiles et prouidos viros ut Henricum Torgelow, Martinum Selchow, proconsules, Hinricum Grunitz, Hinricum Berckholt, Henningum Pinnow, Camerarios,' *Henningum Eicksteten,* Johannem Wartyn, Laurentium Staffeld, Hermannum Schullen, Tidericum Tolner, Jacobum Lostin, et Jacobum Eicken, Consules Ciuitatis Gartze Camminensis Diocaesis nomine suo ac successorum suorum, ac totius ciuitatis seu communitatis in Gartze, acceptando ad possessionem corporalem haereditariam molendinorum nostrorum ante dictam ciuitatem Gartze sitorum cum eorum pertinentijs omnibus, ut cum loco vicino qui dicitur *Borchwall* cum loco seu piscina ipsa molendina pellente ac piscationibus et arundinibus in ea pro tempore et temporibus futuris crescentibus pro ut molendinarij ibidem ipsa molendina a nostro monasterio hactenus in possessionem haereditariam et sub pactu habuerunt in perpetuum possidendam. Salue tamen quod ab ipsis molendinarijs possessionem haereditariam dictorum molendinorum quam tenent seu habent *prius redimant* pro pretio competenti. De quibus seu pro quibus molendinis ipsi pro Consules et Consules et eorum successores perpetuis temporibus singulis annis xvj. choros siliginis in quatuor terminis ut in festo beati Michaelis Archangeli iiijor., et in festo Natiuitatis Christi iiijor., In festo paschae iiijor. atque in festo beati Johannis Baptistae iiijor. choros Siliginis intra ciuitatem Gartze nostro monasterio nomine pactus expedite et integre soluere debebunt. Contra quam solutionem sic ut praemittitur expedite fauendam nulla eis excusatio nec facti nec juris Canonici uel ciuilis opitulatio seu exceptio nec Dominorum principum seu quorumcunque aliorum occupatio seu Arrestatio vel Inhibitio aut aliud quodcunque impedimentum debebit aut poterit suffragari. Quod si dicta molendina mutare seu transponere ad alium locum seu alia loca vel forsan alia molendina qualiacunque fuerint, ultra praenotata de novo construere seu aedificare decreuerint, hoc eis non inhibemus. Si vero dicta molendina destrui aut desolari contigerit, quoquomodo in parte uel in toto

Digitized by Google

nihilominus xvi. choros siliginis temporibus et terminis praedictis nostro monasterio persoluere tenebuntur.

Veruntamen hoc circa praemissa declarando addicimus quod si ipsa molendina in quocunque loco aedificata fuerint de ipso domestico ipsorum molendinorum aut alias per negligentiam ipsorum molendinorum seruitorum combusta fuerint quod absit, nihilominus pactum superius expressum monasterio nostro terminis praedictis plene persoluere tenebuntur. Si vero dicta molendina per hostiles invasiones desolata seu laesa fuerint, absque probabili negligentia seu culpa dictorum proconsulum et consulum aut cuiuscunque ciuis ipsius ciuitatis. Tunc id quod juris fuerit molendinorum, communiter erga eos et ipsam ciuitatem fauemus. Proprietatem tamen et Dominium dictorum molendinorum cum jure supremo et infimo in loco in quo nunc sunt et ubicunque forsitan in posterum transposita seu de nouo reaedificata fuerint, nostro monasterio praedicto reservamus. Cum ea contra Juris et Ordinis interdictum alienare nobis licitum non existat.

Testes praemissorum sunt honorabiles viri Dominus Johannes, Presbyter, et Mattheus Fredelandt, Clericus Aurifaber praebendarij seculares apud nos in Colbatz ac religiosi viri fratres Hermannus Waerberch Körfemeister Georgius Aldeghen subportarius ac Johannes Wakeholt mgr. sutorum conuersi monasterij nostri professi Pluresque alij fide digni ad praemissa vocati. Nosque in euidens testimonium et recognitionem praemissorum perpetuam Sigilla nostra praesentibus litteris de nostra certa scientia fecimus appendi Datum Colbatz Anno Dni M°. CCC°. xcvij°. proxima die post festum beati Bartholomaej Apostoli gloriosi.

(Dipplomat. Civit. Gartz. ungedruckt.)

Digitized by Google

Funfzehntes Jahrhundert.

No. 1.

Einiger Bürger *) in Stendal Vergleich wegen erlittenen Schadens vor Bartensleue mit dem Rath daſelbſt.

Anno 1404.

Wy Cune van Ekſtede, Hinrik unde Gheuert brudere gheheyten van Borſtal, Buſſe van Arnſtede, Egghard Rugemann, Gherike Bismarke, Henneke Smedeke, Jacob Berringer, Junge Ebel Hoddendorpe, Laurentius Dibbolt, Engel Hidde, Hans Smedeke, Hans Schulte van ghitlinge, Herme Bantkow, Ghunter Querſtede, Heyne Pope, Hans Sanders, unde Claus Byſeke Borghere to Stendal bekennen und betugen openbar med deſſem geghenwardigen briue vor alſſweme dat wy alles Schaden toſprake und . . . . . den wy to den Erbaren Radheren unde to allen guldemeyſteren unde to den ghemeynen Borgheren der Stad to Stendal ghehat hebben, dorch der vengniſſe unde des ſchaden willen, den wy ghenomen hebben vor Bertensleue des nu in ſunte Gallen daghe dy negheß vorghangen is twe jar weren, ghentzliken by den vorbenomeden Radheren unde Guldemeyſteren ſyn gebleuen unde wes ſy uns in Vruntſchap dar umme don unde ſegghen willen, dar ſchall uns ghentzliken wol an ghenughen unde wy unde unſe eruen ſchullen noch en willen nicht mer in nenerleye wis darup ſaken, dyt loue wy Cune van Ekſtede, Hinrik unde Gheuert brudere gheheyten van Borſtall, Buſſe

*) Das Wort Ciuis bedeutet in den Urkunden nicht allemal einen Bürger wie wir ihn jetzt darunter verſtehen, ſondern vorzüglich waren die vornehmſten der Stadt und auch wirkliche Edelleute, ſo bei Anbauung der Städte oder auch nachher bei den Befehdungen hinein gezogen, darunter gemeint. Die vornehmſten Ehrenämter in den Städten wurden damals größtentheils mit Edelleuten beſetzt ꝛc. (Gercken.)

Digitized by Google

van Arnſtede, Eghard Rugemann, Ghereke Bismarke, Hennike Smedeke, Jacob Berringer, Junghe Ebel Hoddendorpe, Laurentius Dibbold, Enghel Hidde, Hans Smedeke, Hans Schulte van Ghitlinge, Herme Bantkow, Ghunter Querſtede, Heine Pope, Hans Sanders unde Claus Biſeke vorſcreuen vor uns unde vor unſe eruen in guden truwen ſtede unde ghantz to holdende ſunder allerleye arghelist. Des to tughe unde merer bekantniſſe hebbe wy alle unſe Ingheſeghele med guden willen unde med rechter witſchap henghen laten an deſſem briff. Na godes bort duſent jar vyrhundert jar darna in deme vyrden Jare in ſunte Pawels daghe alſe he bekert wart.

(Gercken dipl. vet. March. Brandenb.)

No. 2.

Günther, Graf von Schwarzburg, belehnet als Statthalter der Mark im Namen Markgraf Jobſten, die Gebrüder Noppou mit einigen Lehnſtücken in Schartou ꝛc.

Anno 1405.

Wy Günther von Gottes gnaden Greue von Swarzeborch here to Arnſtede unde Sundershuſen Vorſtender der Marke to Brandenborch bekennen in deſſem apen breue, dat wy von wegen des Irluchtigen Fürſten unde Heren Heren Joſtes Marggreuen to Brandenborch unſer leuen gnedigen heren heren unde van fuller macht de wy van ſyner wegen fullenkomliken hebben, bolenen unde bolenet hebben mit craft düſſes breues die boſcheiden manne Reineke unde Hildebrande gebroderen heten von Noppowen borghere to Stendal unſe leue getrewen med einer ſamenden hand med deſſeme gude unde jarliker renthe de hir na geſcreuen ſtaen. To dem erſten in deme Dorpe to Schartow achte ſtück leddiges Gudes unde twe ſtück vorlegens Gudes unde den Schulten mit dem hogeſten unde ſiedeſten gherichte auer En unde auer ſyneme Gude darſulueſt to Schartow. To Belko twe ſtücken vorlegen Gudes unde auer eynen hoff dar ſülueſt dat hogeſte unde dat ſiedeſte gherichte. To Oſtinſell ſouen ſtücke leddiges Gudes unde dre ſtücke vorlegen Gudes unde dat halue gherichte hogeſte unde ſiedeſte darſülueſt unde den haluen thegeden auer achte houeners houe unde veer Koſter houe, unde den ganzen thegeden auer eynen Koſter hoff darſulueſt to Oſtinſell, unde

to Weſtinſell eyn ſtůcke geldes jarliger renthe mit allen nůtten renthen unde tobehoringen alſo alſe Volzke Noppow der ergenanten Reynike unde Hildebrandes vaders ſeliger dechtniſſe vorbeſeten heft, vorbad to eynem rechten Erflehne rouligen unde fredeliken to beſittende in ſamender hand. Hir van hebben uns der vorbenomede Reynike unde Hildebrand gegeuen von unſes ergenanten heren wegen die wonlike Leenware, de ſie uns wol to danke unde all boreidet hebben unde ganz in unſes vorbenomeden heren Joſtes nůd is gekamen. Dar auer ſind geweſen die geſtrenghe heren Fridderich von Beyeren ridder unde die duchtigen Cůne von Egſtede, Merſe Calue, Hans Calue, unde veler mehrer guder lude genuch, unde hebben des to getuchniſſe unſe Ingeſegel mit rechter witſchapp an deſſen breff laten hengen. Gegeuen to Tangermunde des negeſten Sunnauendes na unſer leuen frowen daghe viſitationis Marie na Gadis bord duſend jar veerhundert jar dar na in deme vefften jare.

Ego Petrus Kalene Clericus Halberst. diocesis publicus sacris apostolica et imperiali autoritatibus Notarius &c. &c.

(Gercken dipl. vet. March. Brandenb.)

No. 3.

Landgraf Friedrich der Jůngere von Thůringen verkauft der Stadt Erfurt die ſogenannte Grafſchaft an der ſchmalen Gehra wiederkåuflich.

Anno 1409.

Wir Friedrich der Jůnger von Gottes gnaden Landgrav in Důringen und Markgrav zu Meiſſen, bekennen offentlichen an dieſem brief, vor uns und alle unſere Erben, das wir mit gutem Vorrath undt Wiſſen unſer Freundt und Råthe, unſer Dőrffer Mittelhauſen und Riethnorthauſen, genant die Grafſchaft an der ſchmahlen Gehra, mit andern Dőrffern und aller zugehőrunge, die vor alters darzu gehőrt haben, und noch darzu gehőren, nichts ausgeſchloſſen, recht und redlichen verkauft haben und mit kraft dieſes briefs verkaufen den Ehrſamen, weiſen Rathsmeiſtern, Rath und der ganzen Gemeine der Statt Erffurth, umb achthundert Marck lőtigs Silbers Erffurdiſcher wehre, zeichens, Wiſſe und Gewichts, die uns itzund von den obgenanten Keuffern wohl-

